patriam: cum ... veterem ... in liberanda patria laudem rettulisset; Flacc. 1. quam (patriam) obsidione liberavisset; Quir. 20. sive etiam illius morte patriam liberare voluisset; Milo 63. cum patriam periculo suo liberasset; ib. 72. si .. nihil sit praestabilius viro quam periculis patriam liberare; ib. 96. si auctores ad liberandam patriam desiderarentur; Phil. II, 26. alterius ... magnitudinem animi in patria liberanda quis ignorat? ib. XI, 9. quid novae legiones ad liberandam patriam paratissimae ... de vestra gravitate (sentiant); ib. 39.

patronum: cum esset ... patronus ... ne sua quidem sententia liberatus; Cluent. 67.

populum: L. Pisoni nonne populos ... lege ... liberatos ... tradidisti? dom. 23. populi (liberati sunt); Phil. V, 12. quos labores liberandi populi Romani causa recusare debemus? ib. VIII, 32. senatum existimare ... eorum trium imperatorum virtute ... populum Romanum foedissima ... servitute liberatum; ib. XIV, 37.

possessores: vos [non] dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis ... ut .. possessores ... periculo liberetis? leg. agr. II, 69.

provinciam: quam (provinciam) ... bello liberavit; Flacc. 14. provinciae .. liberatae (sunt); Phil. V, 12.

publica: posse quibuscumque locis velint ... publica liberare? leg. agr. II, 57.

rem publicam: cum ... obsidione rem publicam liberasset; Rabir. 29. libera rem publicam metu; Catil. I, 19. quod ... providentia mea res publica maximis periculis sit liberata; ib. III, 14. tantis periculis rem publicam liberassemus; ib. 18. cum ... maximis periculis rem publicam liberasset; Muren. 32. meis laboribus ... interitu rem publicam liberavi; Sulla 33. cum ... rem pulicam ... latrocinio domestico liberarint; Sest. 1. cum absens rem publicam .. magnis periculis ... liberassem; ib. 73. re publica metu liberata; prov. cons. 32. qui ... maximis rem publicam periculis liberarat; Piso 95. qui ... consul domestico bello rem publicam liberarat; Planc. 70. quis dubitaret ... periculo suo rem publicam liberare? Milo 34. qui (Brutus) ... dominatu regio rem publicam liberavit; Phil. I, 13. qua peste ... rem publicam ... Caesar liberavit; ib. III, 5. cum Brutum ... natum ad rem publicam liberandam ... laudibus amplissimis ad fecistis; ib. VII, 11. hac gravitate senatus ... potes in perpetuum rem publicam metu et periculo liberare; ib. 27. eius virtute ... liberatam rem publicam arbitrabatur; ib. VIII, 13. qui ... habeat ... perspectum animum in re publica liberanda; ib. XI, 26. rem publicam ... maximo civilis belli periculo liberavit; ib. XIII, 8. Caesar ... cum .. pestibus rem publicam liberasset; ib. XIV, 4.

reum: si (reus) liberatus sit; Verr. a. pr. 47.

senatum: senatum ... legis agrariae ... metu liberavi; Piso 4. liberatus (est) periculo caedis ... senatus; Phil. I, 5.

servitium: servitium permissu magistratus liberatum (esse); har. resp. 25.

servos: servos omni supplicio liberavit; Verr. V, 18. hoc (supplicio) servos damnatos liberabat; ib. servos ... metu dominorum benignitas vindicta una liberat; Rabir. 16.

Siciliam: bello .. Siciliam virtute tu liberatam (dicis)? Verr. V, 5.

socios: simile vero est, ... mitti (Cn. Pompeium) ad socios liberandos; leg. agr. II, 46.

stipendiarios: vectigalis multos ac stipendiarios liberavit; prov. cons. 10.

Syriam: cum ... Syriam .. immani Parthorum impetu liberavit; Phil. XI, 35.

vectigalis: ſ. stipendiarios; Phil. XI, 35.

veneficam: „ut venefica haec liberetur obsidione"? Phil. XIII, 25.

virum: repetitur a vobis, ut virum ... calamitatibus liberetis; Cluent. 202. quamvis .. intentus animus tuus sit ... ad virum fortissimum ... liberandum; Phil. XI, 22.

urbem: urbem ... consilio summis obsidionis periculis liberavit; imp. Pomp. 20. quod urbem incendiis ... liberassem; Catil. III, 15. urbe incendio et caedis metu liberata; Phil. I, 30.

liberta, Freigelaſſene: Agonis quaedam est Lilybaetana, liberta Veneris; div. Caec. 55.

libertas, Freiheit, Erlaubniß, Ungebundenheit, Zügelloſigkeit, Freimüthigkeit, Unerſchrockenheit: I. **absolut**: 1. **Subject**: abest: mecum libertas (afuit); sen. 34.

appropinquat: ut ... nobis libertas appropinquet; Phil. IV, 10.

cedit: quaeramus .. utrum melius fuerit libertati populi Romani sceleratorum arma an libertatem nostram armis tuis cedere; Phil. II, 20.

consistit: consistit libertas in legibus; leg. agr. II, 102. cum in eo ... libertas populi Romani ... consisteret; Phil. III, 19

debet: quae (libertas) ... extollere .. caput et ... se erigere debebat; Planc. 33.

deest: in .. voluntatibus ... laedendis libertatem ... defuturam; Quir. 24.

erigit: ſ. debet.

est: quid tam populare quam libertas? leg. agr. II, 9. libertatem non acerbitate suppliciorum infestam ... esse voluerunt; Rabir. 10. quae (libertas) dulcissima est; Catil. IV, 16. nulla libertas populi in mandandis honoribus (est); Planc. 15. ubi illa antiqua libertas (est)? ib. 33. cui omnium civium libertas carissima fuisset; Rab. Post. 33. nullum erat consilium publicum, nulla libertas; Phil. V, 42 quod eis ... populi .. Romani libertas carissima sit et fuerit; ib. 53. populi Romani est propria libertas; ib. VI, 19.

excitat: quos .. libertas ... ad salutem patriae defendendam excitavit; Catil. IV, 16.

expellit: ista tua pulcra Libertas ... meos lares expulit; dom. 108.

extollit: quae (libertas) malis oppressa civilibus extollere .. caput ... debebat; Planc. 33.

hortatur, innascitur: quamquam .. innata libertas ... virum hortabatur; Sest. 88.

manet: sentient ... manere libertatem illam; Sest. 60. „per me ut unum ... libertas ... in civitate maneret"; Milo 77.

patitur, potest: libertas vestra pati potest; leg. agr. II, 75.

2. **Prädicat**: sum: pax est tranquilla libertas; Phil. II, 113.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: abiudico: ipsum sibi libertatem abiudicavisse; Caecin. 99.

adhibeo: quam ipse adhibere consuevit ... cum fidem et diligentiam, tum vim libertatemque dicendi; Cluent. 118.

adimo: si libertas adimi ... possit; Caecin. 96. populus ... adimit ei libertatem; ib. 99. hisce re-

Digitized by Google

bus adimi libertas ... potest; ib. quod eidem ... libertatem ademisses; dom. 22.

ago: populus libertatem agi putabat suam; Sest. 103. libertas agitur populi Romani; Phil. VII, 27.

amitto: ut ... libertatem nemo possit invitus amittere; dom. 77.

antefero: cum magna pars in eis civitatibus foederis sui libertatem civitati anteferret; Balb. 21.

antepono: qui ... illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt; Phil. V, 8.

augeo: plebis libertatem ... augere voluerunt; Sest. 137.

capesso: ecquodnam principium putatis libertatis capessendae? Phil. X, 19.

commendo: quae (libertas) est commendata vobis; Phil. VII, 27.

committo: ut ... libertas, arae, ... bona ... fidei .. commissa ... esse videantur; dom. 1.

concedo: ut, quae fuit olim praeconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando non sit concessa libertas; Planc. 33. stanti resistendum est aut concedenda una cum dignitate libertas; Phil. XII, 4.

consequor: quia ... libertatem pax consequebatur; Phil. I, 32.

constituo: cuius virtute ... libertas in re publica constituta est; Flacc. 25. est ... datum rei publicae Brutorum genus et nomen ad libertatem populi Romani .. constituendam; Phil. IV, 7.

credo: ut ... libertas ... fidei ... credita esse videatur; dom. 1.

defendo: ſ. **defendo,** III. libertatem (13 St.) B. II, S. 44, a.

deleo: quanta virtute stabilitam libertatem ... paene delerit; Catil. IV, 19.

despicio: quid .. populi Romani animum .. commemoro libertatem .. ex diuturna servitute despicientis? Sest. 118.

dimitto: quam (libertatem) ego neque dimisi umquam neque dimittam; Planc. 94.

distinguo: ut libertatem a servitute nulla re alia nisi mentiendi licentia distinguendam putent; Scaur. 17.

do: ſ. **do,** III. libertatem (3 St.) B. II, S. 144, a.

eripio: ſ. **eripio,** II. libertatem (5 St.) B. II, S. 210, a.

fero: libertatem equitis Romani se ferre non posse; Planc. 33.

habeo: qui civium Romanorum ... libertatem sanctam apud omnis haberi velit; Verr. III, 6. eos ... libertatem non eandem semper habuisse; Sest. 69.

imminuo: dolorem imminutae libertatis ... mitigat; Caecin. 86. illi (maiores nostri) libertatem imminutam civium Romanorum non tulerunt; imp. Pomp. 11.

insero: huic .. populo ita fuerat ante vos consules libertas insita; Piso 15.

intercludo: [vestram libertatem] suis praesidiis et coloniis interclusam tenebunt; leg. agr. II, 75.

intueor: omnis voluntas M. Bruti ... libertatem populi Romani intuetur; Phil. X, 28.

iudico: nec .. nunc primum .. Brutus ... libertatem .. patriae legem sanctissimam iudicavit; Phil. XI, 27.

mitto: mitto ereptam libertatem populis ac singulis; Piso 90.

munio: libertatem ... lenitate legum munitam esse voluerunt; Rabir. 10. munitam ... libertatem nostram putas esse oportere; dom. 80.

nomino: quorum .. nimia libertas in adulescentia (nominaretur); Cael. 43.

obtineo: iura, libertatem, salutem .. obtinemus; Cluent. 155.

opprimo: oppressa libertate; dom. 116. libertate populi Romani oppressa; ib. 130.

opto: neque .. Tarquinio expulso maioribus nostris tam fuit optata libertas, quam est depulso ... Antonio retinenda nobis; Phil. III, 8.

paro: libertas parata victori est; Phil. VIII, 29.

pario: nolite dubitare plurimo sudore et sanguine maiorum vestrorum partam ... libertatem ... defendere; leg. agr. II, 16.

perdo: libertatem suam istius iniuria perdidit; div. Caec. 56. cum consules provinciarum pactione libertatem omnem perdidissent; Sest. 69. ubi libertatem sis perditurus; Rab. Post. 24.

polliceor: nos libertatem nostris militibus ... pollicemur; Phil. VIII, 10.

pono: in qua illa provincia ... libertatem positam esse arbitrabatur; Font. 27. quam (libertatem) tu ponis in eo, quod ..; Planc. 93. libertatem ... non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo; ib. 94.

praecido: numquam ipsimet nobis praecideremus istam .. libertatem vivendi; Verr. III, 8.

proicio: neque ego ... meam (libertatem) proiecissem; Rab. Post. 33. „ut ... nec pro his libertatem ... proicias"; Phil. XIII, 6.

propono: cum alteris ... populi Romani libertas ... proposita sit; Phil. XIII, 47.

recipio: est ... datum rei publicae Brutorum genus et nomen ad libertatem populi Romani ... recipiendam; Phil. IV, 7.

recreo: quae (libertas) ... aliquando recreata se erigere debebat; Planc. 33.

recupero: ut ... libertatis .. recuperandae spes relinquatur; leg. agr. I, 17. quae spes ... recuperandae vestrae libertatis relinquetur? ib. II, 75. Cn. Domitium non patris interitus ... ad recuperandam libertatem ... excitavit; Phil. II, 27. „ei recuperatam libertatem est gratulatus"; ib. 28. quae pertinent ad libertatem populi Romani recuperandam; ib. III, 19. ut .. libertatem propriam Romani ... nominis recuperemus; ib. 29. multa .. perpessi sumus alii spe forsitan recuperandae libertatis, alii vivendi nimia cupiditate; ib. videtisne ... populum .. Romanum ad spem recuperandae libertatis erectum? ib. 32. Italia tota ad libertatem recuperandam excitata; ib. vos ... ad libertatem recuperandam cohortabor; ib. IV, 11. brevi tempore libertatem populi Romani ... recuperabitis; ib. V, 34. qui vos ad libertatem recuperandam excitaverunt; ib. VII, 21. qui ... declaravit .. maximam libertatis recuperandae cupiditatem; ib. 22. ipsi .. vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandae cupiditatem; ib. XI, 3. an vos acerrimam ... populi Romani libertatis recuperandae cupiditatem non imminutam ... putatis? ib. XII, 7. timui ne condicio insidiosa pacis libertatis recuperandae studia restingueret; ib. XIII, 1. incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam; ib. 15.

relinquo: ut C. Iulius ... ei (ordini) ne libertatem quidem relinquat; prov. cons. 39.

repeto: ut ne mora quidem sit in repetenda libertate fugienda; Phil. X, 20.

repraesento: si repraesentari morte mea libertas civitatis potest; Phil. II, 118.

requiro: tamenne libertatem requires meam? Planc. 93. quam (libertatem) tu in me requiris; ib. 94.

retineo: retineri libertas non potest; Caecin. 96. ut nobis libertatem retinere liceat; Sulla 80. ſ. opto. III, 1. retinens.

revoco: me ... principem revocandae libertatis fuisse; Phil. XIV, 19.

sequor: quae (legiones) ... libertatem populi Romani ... secutae sunt; Phil. III, 8. illi ... non libertatem populi sequebantur; ib. XIII, 33.

servo: qui hanc libertatem ... servastis; Sulla 86.

spero: „sperata libertas (est)"; Milo 60.

Digitized by Google

stabilio: „qui libertatem civibus stabiliverat“; Sest. 123. ſ. deleo.
teneo: ſ. intercludo.
tollo: dixi ... libertatem vestram ... tolli; leg. agr. II, 24. ut ... libertas tollatur; ib. 29. libertas vestra tollitur? ib. 75.
trado: nolite dubitare ... vobis traditam libertatem ... defendere; leg. agr. II, 16. quod ab eis nobis ... libertas .. tradita est; sen. 2.
tueor: plebis libertatem .. tueri .. voluerunt; Sest. 137. C. Curionem ... ‖in‖ libertate communi tuenda maxime liberum ... delere voluisti; Vatin. 24.
tutor: qui ... libertatem .. vestram suo studio ... tutatus est et tutatur; Phil. IV, 2.
video: cum videam ... libertatem propriam generis ... vestri; leg. agr. II, 9.
violo: violare libertatem ... conatus es? Rabir. 13.
usurpo: venit in mentem, populum Romanum ... ad usurpandam libertatem vocare; leg. agr. II, 17.

2. **Genetiv**: sum: quae te ... delectant, ... huius libertatis ... non sunt; Rabir. 13.

3. **Dativ**: facio: sin insidias fieri libertati vestrae simulatione largitionis intellegatis; leg. agr. II, 16.
immineo: libertati populi Romani ... imminentis prostravit; Phil. XIV, 27.
nascor: cum se ... meminisset vestrae .. libertati natum; Phil. VI, 9.
praesideo: quae (Gallia) semper praesidet atque praesedit ... libertati .. communi; Phil. V, 37.
sum: libertati tempora sunt impedimento; Sex. Rosc. 9. quaeramus .. utrum melius fuerit libertati populi Romani sceleratorum arma an libertatem nostram armis tuis cedere; Phil. II, 20.

4. **Ablativ**: abdico: eo die se non modo consulatu, sed etiam libertate abdicavit (Antonius); Phil. III, 12.
abutor: libertate ... hac ille ... abusus est; Verr. V, 114.
careo: quid attinuit ... libertate tam praeclara carere? Flacc. 91.
fruor: cur his ... frui libertate sua ... non licet? Flacc. 71.
utor: libertate usus est; Quinct. 11. suo iure libertateque utuntur; leg. agr. II, 86.

5. **mit Präpoſitionen**: cogito de: nullum tempus ... dimittam ... quin de libertate populi Romani quod cogitandum sit cogitem; Phil. III, 33. non dies noctisque de vestra libertate ... cogitem? ib. VI, 17.
cohortor ad: quod C. Caesar ... milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit; Phil. V, 46.
commentor de: ad ea .. praesidia ... iam accedent consules ... multos mensis de rei publicae libertate commentati; Phil. III, 36.
confero ad: cum .. legio Martia ... sese .. ad ... populi .. Romani libertatem contulerit; Phil. III, 39. qui se ad ... libertatem vestram ... contulerunt; ib. IV, 5. — in: quicquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit; ib. X, 16.
decerno de: de imperio ac libertate ... decernite; Catil. IV, 24. de libertate decernitur; Phil. VI, 19. de libertate .. populi Romani ... armis decernendum putant; ib. X, 16. cum ... de libertate ... decernamus; ib. XI, 21.
decerto pro: pro libertate vitae periculo decertandum est; Phil. X, 20.
deminuo de: si quis .. aliquid de libertate mea deminutum putat; Planc. 91.
deperdo de: ne quid de libertate deperderet; Verr. II, 73.
erigo ad: postea quam vos ad libertatem sensit erectos; Phil. X, 9.
meditor de: ad ea .. praesidia ... iam accedent consules ... multos mensis de rei publicae libertate .. meditati; Phil. III, 36.
minuo de: nihil minuam de libertate mea pristina; sen. 36.
morior in: in libertate moriamur; Rabir. 16.
nascor ad: ad libertatem nati sumus; Phil. III, 36. — in: quem nos .. in summa [populi Romani] libertate nati ... clementissimum in victoria ducem vidimus; Deiot. 34.
pertineo ad: nihil praetermittam, quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor; Phil. IV, 16.
pono in: tempus illud erat ... in libertate populi ... positum; dom. 130.
sancio de: qui de ... libertate ea iure sanxerunt; dom. 80.
seiungo a: ut ... tantum te a verborum libertate seiungas; Cael. 8.
retineo in: quid existimatis ... in nostra libertate ac dignitate retinendum? leg. agr. I, 22.
vindico in: laudem patriae in libertatem vindicandae praetor adamarit; Flacc. 25.
voco ad: cum ... consules ad patriae ... libertatem vocarent; Rabir. 22.

III. **nach Adjectiven und Adverb**: 1. **Genetiv**: amicus: hic ex Antonii amicis, sed amicioribus libertatis, contra Antonium confecit exercitum; Phil. V, 44.
avidus: cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium inrupisset; Phil. XIV, 26.
diligens: quam diligentes libertatis vos oporteat esse; Fr. B, VII, 12.
retinens: pater ... nimium retinens equestris iuris et libertatis videtur; Planc. 55.

2. **Ablativ**: dignus: libertate ... dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent; Milo 58.

3. **mit Präpoſitionen**: nimis pro: sunt ... illi ... pro populi Romani libertate ... nimis feroces; Phil. XII, 29.

IV. **nach Subſtantiven**: 1. **Genetiv**: adiutores: quos ... libertatis adiutores complecti debetis; Phil. X, 18.
atrium: quae (quaestiones) sunt habitae .. in atrio Libertatis; Milo 59.
causa: libertatis causam suscepimus; Phil. X, 20. quid C. Pansa egit aliud ... populo Romano ad causam libertatis vocando? ib. XIV, 5.
cupiditas: cum cupiditate libertatis Italia arderet; Phil. X, 14.
custodia: id acturos, ut ex .. custodia vestrae libertatis depelleretur; leg. agr. II, 25.
custos: quem ... libertatis custodem esse voluerunt; leg. agr. II, 15. cum videatis eum, quem custodem vestrae libertatis fore videant; ib. 25. popularis .. tribunus plebis *es*, custos defensorque libertatis; Rabir. 12.
defensor: ſ. custos; Rabir. 12.
desiderium: tota Italia desiderio libertatis exarsit; Phil. X, 19.
diminutio: primum caput est, ... quo .., temptamini ... quo animo libertatis vestrae diminutionem ferre possitis; leg. agr. II, 16.
ereptor: quem .. ereptorem libertatis esse dicebat; Sest. 109.
fundamentum: est ... hoc fundamentum libertatis; Cluent. 146. haec sunt .. fundamenta firmissima nostrae libertatis; Balb. 31.
inimici: ego .. istos ... libertatis inimicos tantum abest ut ornem, ut ..; Phil. XI, 36.
ius: implorantis iura libertatis ... sustulit; Verr. I, 7. de iure .. libertatis ... suum putat esse iudicium; ib. 18. quantum incendium ... per iura libertatis ... pervaserit; ib. III, 66. quae (civitas) .. iure libertatis ... anteceilit; leg. agr. II, 29. integrum ius libertatis defendo servari oportere; Rabir. 11. nec ... videtur .. libertatis iura cara

Digitized by Google

habere, quem ... bellum civile delectat; Phil. XIII, 1.

lux: [quae verba ..] luce libertatis oppressa sunt; Rabir. 18.

memoria: libertatis memoria aderat; Phil. X, 8.

mentio: [horum libertatis] mentionem facis; Rabir. 18.

parens: quem (Marium) parentem .. vestrae libertatis possumus dicere; Rabir. 27.

periculum: de periculo salutis ac libertatis loquor; leg. agr. I, 21.

pignus: ut quam primum illud pignus libertatis populi Romani, D. Brutum, aspicere possim; Phil. XII, 22.

possessio: retinete istam possessionem .. libertatis; leg. agr. II, 71. quis est .., cui non ... possessio libertatis ... et ... patriae solum .. sit carum? Catil. IV, 16. hodierno die primum longo intervallo in possessionem libertatis pedem ponimus; Phil. III, 28.

praeses: quem .. praesidem libertatis .. esse voluerunt; leg. agr. II, 15.

praesidium: quod .. praesidium erat .. libertatis .. vestrae? Phil. IV, 4. praesidia vestrae libertati paravit; ib. X, 9.

principium: ponam principium iustissimae libertatis; Fr. B, VI, 26.

recuperatio: ita praeclara est recuperatio libertatis; Phil. X, 20.

salus: existimant .. libertatis ... salutem in istius damnatione consistere; Verr. II, 16.

sedes: certam in sedem ... libertatis ascribimur; har. resp. 57.

signum: quod esset signum ... publicae libertatis; dom. 112.

simulacrum: in civis ... ossibus simulacrum .. libertatis publicae ... conlocasti; dom. 131.

spes: si libertatis spem propositam non haberent; Rabir. 15. neque eripueritis *rei publicae* spem libertat*is;* ib. 34. civitatem ad aliquam spem libertatis ... erexit; dom. 25. ad spem libertatis exarsimus; Phil. IV, 16. senatum ... magnam spem in eius virtute ... reponere ... libertatis; ib. V, 41. in hoc spes libertatis posita est; ib. 49. cum in spem libertatis sexennio post simus ingressi; ib. VIII, 32.

vestigium: in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis; Rabir. 16.

vindex: tabellam vindicem tacitae libertatis ... tulistis; leg. agr. II, 4. video Milonem, vindicem vestrae libertatis: Sest. 144. utrum illi ... homicidaene sint an vindices libertatis; Phil. II, 30.

2. **mit Präpositionen:** aequitas in: aequitas in vos libertatemque vestram .. defuit; leg. agr. II, 20.

sacramentum in: si xviri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent; dom. 78.

V. **Umstand:** 1. **Ablativ:** abl. comp.: „ut haec libertate posteriora ducas"; Phil. XIII, 6.

concidere: concidit (Graecia) ... libertate immoderata; Flacc. 16.

donari: servos ... persaepe libertate ... publice donari videbamus; Balb. 24.

gaudere: Graecorum libertate gaudes; Flacc. 71.

gerere: si .. ita sese gerat ... non libertate sermonis; Cael. 49.

par: illa secunda fortuna (erat) libertate esse parem ceteris; Phil. I, 34.

perstringere: ut eos ... vocis libertate perstringerem; Sest. 14.

2. **Präpositionen:** causa: quod facio ... me ... libertatis ... omnium nostrum causa facere clamo atque testor; Muren. 78. confiteretur ... fecisse se libertatis ominum causa; Milo 80.

contra: exercitus ... contra libertatem vestram ... constituitur; leg. agr. III, 16.

praeter: cum ei ... pater nihil praeter libertatem reliquisset; Quinct. 11.

pro: qui (homines) arma pro communi libertate ceperunt; Rabir. 27. qui auderent se ... in discrimen offerre ... pro communi libertate; Sest. 1. cum Brutum ... pro libertate populi Romani bellum gerentem cum Antonio ... laudibus amplissimis adfecistis; Phil. VII, 11. aequum .. putavit vitam ... pro libertate populi Romani in discrimen adducere; ib. 12. qui pro communi libertate arma capiant; ib. X, 18. ut ... pro libertate haec proicias; ib. XIII, 6. secundum est nullum casum pro ... libertate patriae non ferendum putare; ib. 49. cum ... reliquarum legionum milites pro ... libertate populi Romani mortem oppetiverint; ib. XIV, 38.

sine: sine libertate ... omnis videre te volui; Piso 99.

libertina, Freigelaſſene: qui ... libertinam duxit uxorem; Sest. 110.

libertinus, Freigelaſſener: A. homo: dubitamus ... quo .. ore ... libertinos homines solitus sit appellare; Verr. I, 127. decretum est ... in P. Umbrenum, libertinum hominem; Catil. III, 14. operae pretium est ... libertinorum hominum studia cognoscere; ib. IV, 16. de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, ... ad populum latum est; Balb. 28. quod (Tusculanum) ... memmerat ... Crassum emisse de libertino homine, Soterico Marcio; ib. 56. audisse videor L. Aelium, libertinum hominem, ... nomen Q. Muttonis ... detulisse: Scaur. 11. cum omnes .. recordarentur ... liberos tuos nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse; Phil II, 3.

B, I. est: „equiti Romano tam locupleti libertinus homo sit heres"? Verr. I, 124. sunt etiam libertini optimates; Sest. 97.

nuntiat: nuntiat Mallius Glaucia, ... homo tenuis, libertinus; Sex. Rosc. 19.

II. causae: defensione, ... quae in libertinorum causis ... existimata est; Cluent. 52.

filia: cuius pater Numitoriam Fregellanam ... habuerit uxorem, ipse ex libertini filia susceperit liberos; Phil. III, 17.

filius: quod erat libertini filius; Cluent. 182.

gener: cum omnes *te* recordarentur libertini generum ... fuisse; Phil. II, 3.

libertus, Freigelaſſener: I. **abſolut:** 1. amant: hunc (Verrem) liberti vestri ... amant; Verr. III, 8.

arbitratur: libertus ... scelus se facturum arbitrabatur; Verr. I, 128.

condemnat: si quem Cn. Lentuli aut L. Gellii libertus furti condemnarit; Cluent 120.

conducit: quo in loco mihi libertus praeclaro imperatori domum ... conduxerat; Piso 61.

deicit: utrum me tuus procurator deiecerit ... an tuus colonus aut ... libertus; Caecin. 57. si tuus me libertus deiecerit; ib. 58. si ... libertus tuus (me deiecerit); ib. 63.

faciunt: quem ad modum solent liberti nequam ... facere; Sex. Rosc. 130. ſ. arbitratur.

insequitur: ut eos .. libertus ... eius ... insequatur; Verr. III, 157.

invadunt: liberti Asuvii ... in eum invadunt; Cluent. 38.

iurat: libertus iurat; Verr. I, 128.

nuntiat: simul ac libertus de morte uxoris nuntiavit; Scaur. 6.

occupat: qui ..., Pompei servus, libertus Caesaris, agri Lucani possessiones occupavit; Phil. XIII, 12.

potest: ut ... liberti .. nobilium bona ... vexare possent? Sex. Rosc. 141. ne miremini qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit; Verr. II, 134.

Digitized by Google

proficiscitur: quod anu mortua libertus statim ... Romam est profectus; Scaur. 6.
quaerit: concedisne ... ad crimen aliquam defensionem libertum quaerere? Verr. III, 157.
scribit: libertus ... tuus ... ad Apronium scribit; Verr. III, 157.
solent: ſ. faciunt.
venit: istius libertus ... ad Sopatrum venit; Verr. II, 69. libertus a Fufiis ... ad Hermippum venit; Flacc. 47.
vexant: ſ. potest; Sex. Rosc. 141.
2. sum: is erat libertus Fabriciorum Scamander; Cluent. 49.

II. **nach Verben:** 1. adhibeo: libertus Timarchides adhibebatur; Verr. V, 81.
condemno: qui Fabricii libertum ... condemnassent; Cluent. 60. quod ... libertus erat eius turpi indicio condemnatus; Flacc. 10.
damno: qui liberto damnato sibi illud impendere periculum videret; Cluent. 49. questus est libertum suum ... esse damnatum; Flacc. 87.
deprehendo: cum ... libertus in maleficio deprehensus esset; Cluent. 61.
facio: in eis (viris bonis) fecit (heredem) suum libertum; Verr. I, 123. facit heredem ... M. Fulcinium libertum superioris viri; Caecin. 17. lege nova ... servos nostros libertos suos fecisset; Milo 89.
habeo: qui neminem ... libertum improbum habeat; Sex. Rosc. 22.
2. do: Arinem ... negotium dedisse liberto, ut ..; Scaur. 6.
trado: hominum gratiosorum ... libertis Asia fuit tradenda? Flacc. 88.

III. **nach Subſtantiven:** 1. corpora: se ... libertorum corporibus obtexit; Sest. 76.
epistola: venio nunc ad epistolam Timarchidi, liberti istius; Verr. III, 154.
manus: in manibus .. liberti Fabriciorum deprehenditur; Cluent. 47.
2. iudicium in: in Lurconis libertum iudicium ... dedit; Flacc. 88.
simultates cum: simultates ... cum libertis vestris .. exercet? Flacc. 88.

IV. **Umſtand:** 1. sustentari: cuius ego clientibus, libertis, familia ... ita sum sustentatus; sen. 20.
2. a: illa est a liberto suspendisse se dicta; Scaur. 6.
per: res ... per Bellum, Fausti libertum, administrata est; Sulla 55. si redacta (est pecunia) per hunc Antiochum paternum huius adulescentis libertum seni illi Flacco probatissimum; Flacc. 89.

libet (lubet), belieben, wollen: I. Infinitiv: libet mihi ... rem ... considerare; Quinct. 48. si mihi liberet accusare; Sex. Rosc. 83. ut negotiari libeat; Verr. II, 6. non libet omnia criminari; ib. IV, 59. si ... tibi libitum esset .. defendere; Tull. 32. invitant, ut ... libeat iam libere dicere; Cluent. 89. ut eidem possint ... quos (agros) ipsis libeat publicare; leg. agr. I, 10. quo mihi libeat ascendere? Catil. III, 28. si mihi libeat ... explicare; Flacc. 12. negotiari libet; ib. 71. ex quibus neminem mihi libet ‖ liquet ‖ nominare; Cael. 48. libet .. tibi nescio quid .. de illa tribu criminari; Planc. 38. ut Miloni uti virtute sua liberet; Milo. 41. de proximo bello civili non libet dicere; Phil. VIII, 7. nihil moror eos ... ire, quo lubet; ib. XIII, 35.
II. alqd: sin .. poterit Naevius id, quod libet; Quinct. 94. sin ... ei libebit id quod non licet; ib. „facite quod [vobis] libet"; Verr. II, 70. licet quod cuique libet loquatur; Phil. I, 33.

libidinose, muthwillig, willkürlich: efficio: multos .. multa ... [libidinose] ... effecisse videt; Verr. III, 156.
facio: cum multa libidinose ... in civis Romanos ... fecerit; Verr. a. pr. 56. quae ille libidinose ... fecerit; div. Caec. 38.
tollo: quam libidinose simulacrum (sustulisti)! Verr. IV, 84.

libidinosus, ausſchweifend, wollüſtig, zügellos: A. **bei Subſtantiven:** alqs: semper audax, petulans, libidinosus (erat): Sulla 71. si (eum) ... libidinosum ... non putares; sen. 13. idem domi quam libidinosus (erat)! ib. 14.
alqd: nihil scitote esse ... libidinosius; Piso 66.
civis: ego P. Clodium arbitrabar ... civem .. libidinosum; Phil. VIII, 16.
domus: totum crimen profertur ex libidinosa domo; Cael. 55.
homo: quantum hominis ... libidinosissimi .. imprudentiam subterfugit; Verr. a. pr. 13. hominem .. libidinosissimum .. defendit; Verr. II, 192.
liberationes: quid ego ... libidinosissimas liberationes proferam? Piso 87.
mater: *Aris matrem Bostaris,* ... libidinosam ... matrem ... iam diu diligebat; Scaur. 8.
mulier: Herbitenses cum viderent ... se ad arbitrium libidinosissimae mulieris spoliatum iri; Verr. III, 77. Caelii adulescentia ... ad mulieris libidinosae ‖libidinis et, al.‖ delicias deposcitur; Cael. 70.
sententia: quos ... a libidinosa sententia ... vetustas exemplorum ... deterret; dom. 4.
tyrannus: cum te ... tyrannum libidinosum .. praebueris; Verr. I, 82.
B. **allein: a. masc.:** I. habent: libidinosi ... verae laudis gustatum non habent; Phil. II, 115.
II, 1. servio: libidinosis servire, ... ea summa miseria est; Phil. III, 35.
2. vivo cum: illa .. in illo homine mirabilia fuerunt, ... cum libidinosis luxuriose vivere; Cael. 13.
b. femin.: vivit: si ... libidinosa meretricio more viveret; Cael. 38.

libido (lubido), Luſt, Verlangen, Begierde, Wolluſt, Trieb, Ausſchweifung, Sinnlichkeit, Willkür, Belieben: I. **abſolut:** 1. **Subject:** abest: quae libido ab oculis ... afuit? Catil. I, 13.
avertit: etiamsi omnem mentem lubido averterat; Fr. B, XIII, v, 3.
cogit: multa, .. quae libido regis ... coëgit perferre, pertulit; Rab. Post. 22.
commeant: cuius in hortos, domum, Baias iure suo libidines omnium commearent; Cael. 38.
conscribit: habebas exercitum tantum ... quantum tua libido conscripserat; Piso 37.
delectat: quos in summa nequitia ... libido ... delectat; Verr. II, 115.
deligit: quos (iudices) hominum libido delegerit; Piso 94.
devocat: devocavit (illum) non libido ad voluptatem; imp. Pomp. 40.
devorant: cum partim eius praedae profundae libidines devorassent; Piso 48.
est: tantaene tuae .. libidines erunt? Verr. I, 78. quae libido istius in iure dicundo fuerit; ib. 120. eandem istius ... licentiam libidinemque fuisse cognoscite; ib. III, 77. libidinem tuam tibi pro lege esse voluisti? ib. 82. ut lex esset libido tua; ib. 117. sunt mediocres hominum libidines; Catil. II, 10. quae (libido) erat in abundantia; ib. quid .. fuit nisi quaedam .. libido? Cael. 34. cum in Albucio nec Pisonis libidines nec audacia Gabinii fuerit; prov. cons. 16. in illis ... libidines (sunt); Phil. XIII, 10. libido (est) flagitiosa; ib. XIV, 9.
exoritur: est exorta mulieris importunae nefaria libido; Cluent. 11.
fert: sanguinis tantum relictum esse, quantum Apronii libido tulit; Verr. III, 56.
flectit: illa tormenta ... flectit libido; Sulla 78.
hortatur: cum tu ... hortante libidine ... per tegulas demitterere; Phil. II, 45.

Digitized by Google

latent: ut omnis suas libidines ... latere posse arbitraretur; sen. 15. lateant libidines eius illae tenebricosae; prov. cons. 8.
monent: cum suae libidines flagitiosae .. monebant; Verr. I, 68.
permanet: eadem tamen illa ... libido permanet; Catil. II, 10.
pervadit: quo non per haec tempora nostrorum hominum libido .. pervaserit; Verr. III, 207.
prolabitur: huc unius mulieris libidinem esse prolapsam; Cael. 47.
pugnat: hinc continentia, illinc libido (pugnat); Catil. II, 25.
rapit: semper eo tractus est, quo libido rapuit; Phil. VI, 4.
versantur: in qua (domo) .. libidines ... versentur; Cael. 57.
vincit: vicit pudorem libido; Cluent. 15.
2. **Ausruf**: o libidinem ... indomitam! Cluent. 15. o libidinem refrenandam! leg. agr. II, 55. o ... libidinem non ferendam! Phil. II, 15.
II. **nach Verben**: 1. **Accusativ**: amoveo: libidinem ... amovere; Cluent. 159
capio: ut eas (libidines) capere ... non provinciae ... possint; Verr. I, 78.
cerno: cernitis crudelitate mixtas libidines; Scaur. 13.
coërceo: quid .. facere potuit ... vehementius ad quaestoris libidinem coërcendam? div. Caec. 57.
cogito: cum cogitet .. libidinem decretorum tuorum; Verr. III, 6.
cohibeo: a liberis ... vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset; Milo 76.
commemoro: nefarias eius libidines commemorare pudore deterreor; Verr. a. pr. 14.
comprimo: muliebrem libidinem comprimendam putet; Cael. 1. comprimendae libidines (sunt); Marcell. 23.
comprobo: ne libido ... auctoritate .. comproburetur; div. Caec. 63.
confero: conferte .. huius libidines cum illius continentia; Verr. IV, 115.
contego: quas (libidines) fronte et supercilio ... contegebat; prov. cons. 8.
contemno: contemnere omnis libidines (regium videtur); Sulla 25.
contineo: ceterae libidines eius ratione ... continebantur; Verr. I, 62.
demonstro: quid ego istius in iure dicendo libidinem ... demonstrem? Verr. II, 39.
eluo: ut eius libidinem hominum innocentium sanguine elui velles; Verr. I, 77.
excito: huius libidines ... oculis ... excitabantur; Verr. IV, 39. arte ... ad libidines adulescentulorum excitandas accommodata; Cluent. 36.
expleo: ut non unius libidinem ... expleret; Verr. IV, 47. cum ... libidines suas viderent expleri non posse; Quir. 13. utrum hic tibi ... expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur? Cael. 49.
exprimo: ut omnis hominis libidines ... delicatissimis versibus expresserit; Piso 70.
fero: quis tantam libidinem iudicum ferre potuisset? Cluent. 61. ſ. I, 2. Phil. III, 15.
frango: voltu .. conlegae sui libidinem .. franget; Sest. 20.
iacto: accusatores .. libidines ... iactant; Cael. 35.
includo: videbamus ... inclusas eius libidines; Sest. 22.
misceo: cernitis crudelitate mixtas libidines, videtis immanis; Scaur. 13.
nomino: quorum ... libidines nominarentur; Cael. 43.
novi: cum ... istius libidinem nosset; Verr. II, 53. novi libidinem (hominum); Flacc. 51.
obicio: cum mihi ... libidines obiciuntur; dom. 93.
occulto: occultat eadem (tabella) libidinem; Rab. Post. 11. num quae occultetur libido; Sulla 78. video *vitae domesticae* tenebris occultantem libidines suas; Fr. A, V, 11.
ostendo: non libido ... ostenditur; Muren. 13.
perfero: si eius puericia pertulerat libidines eorum; Phil. XIII, 17.
pertimesco: si non pertimescat suam (libidinem); Rab. Post. 11.
praetereo: libidines praetereo; prov. cons. 6.
propulso: ut ... legati ... libidinem propulsare possint; Verr. I, 78.
refreno: ſ. I, 2. leg. agr. II, 55.
reperio: quas vos in his libidines ... reperietis; Sulla 76. nulla conviviorum ac lustrorum libido (reperietur); Cael. 44.
reseco: voltis .. istorum ... libidines aliqua ex parte resecare? Verr. III, 208.
retardo: cuius importunam libidinem ... ne subornandi quidem mora retardavit; Fr. B, XIII, V, 1.
satio: libidines barbarorum satiavit; har. resp. 42.
sustineo: ut eas (libidines) ... sustinere non provinciae ... possint; Verr. I, 78.
video: cuius ... libidines adulescentiae ... vidimus; dom. 126. ſ. includo. misceo.
2. **Genetiv**: pudet, taedet: quos (homines) libidinis ... suae neque pudeat neque taedeat; Verr. a. pr. 35.
3. **Dativ**: addico: qui ... libidini cuiusque nos ita addixit; Phil. V, 33.
adversor: huius libidini adversari .. poterat; Verr. V, 82.
antepono: voluntatem anteponendam putavit libidini suae; Verr. II, 97.
committo: quod fortunas suas ... regiae libidini .. commiserit; Rab. Post. 1. dices .. temere hunc ... suas fortunas atque famam libidini regiae commisisse; Rab. Post. 25.
condono: ne patiamini ... M. Caelium libidini muliebri condonatum; Cael. 78.
consulo: ut ... plus saluti civium quam hostium libidini consuluisse (videamini); Font. 49.
debeo: quibus .. confido ... poenam libidini debitam instare; Catil. II, 11.
dedo: non recusamus quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur; Sex. Rosc. 8. fieri .. non potest ut animus libidini deditus ... hoc ... cogitando possit sustinere: Cael. 45.
do: *coniugem suam ... istius incensae libidini* ... cum dare nollet Aris; Scaur. 2.
facio: si libidini (finem) non feceris; Verr. IV, 14.
obsisto: quis ... istius libidini obstitit? Verr. V, 82.
pareo: nisi libidini tuae ... paruerit; Verr. I, 78.
subicio: deos .. subiectos esse libidini tribuniciae? dom. 106.
tribuo: quantum cuique libidini tribuendum esse videatur; sen. 15.
4. **mit Präpositionen**: abduco ad: ad hanc hominum libidinem ... me abducis? Verr. III, 210.
accommodo ad: Q. Apronio ... ad Verris .. libidines accommodato; Verr. III, 60.
coaequo ad: ad libidines .. tuas omnia coaequasti; Verr. III, 95.
confero in: (tune ille es) qui nihil ullam in libidinem contulisti? Rab. Post. 45.
consumo in: cum ... instrumenta virtutis in libidine consumeret; Catil. II, 9.
defero ad: aetatulam .. ad scurrarum .. libidines detulit; har. resp. 42.
deligo ad: quo in oppido ... delecta ad libidinem mulier esset; Verr. V, 28.
dico de: dixit ... multa de libidine ... iuven-

Digitized by Google

tutis; Cael. 25. cum de libidine eius tam multa dicis; ib. 53.

divolgo ad: cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divolgatum; sen. 11.

facio ad: homo factus ad istius libidines; Verr. I, 64.

intersum inter: quid intersit inter tuam libidinem ... maiorumque auctoritatem; Verr. V, 85.

nascor a: turpitudo, quae a libidine ... nata esset; Font. 37.

percipio ex: quae (voluptas) percipitur ex libidine; Verr. I, 57.

pondero ex: non ex libidine ... causas ... hominum ponderari; Sulla 79.

praefero facem ad: cui tu adulescentulo ... ad libidinem facem praetulisti? Catil. I, 13.

transfero ad: scio te Romae ... edicto tuo possessiones ... a legibus ad libidinem tuam transtulisse; Verr. III, 16. res ad .. libidinem translata est; ib. 220.

III. **nach Adjectiven:** 1. conscius: populos habent universos ... conscios libidinis suae; Verr. III, 76.

2. dignus: quod supplicium dignum libidine eius invenias; Verr. II, 40.

3. aptus ad: reperiebam hunc .. ad istius flagitiosas libidines ... aptum fuisse; Verr. II, 134.

par ad: qui in omnibus isti rebus par ad ... nefarias libidines esse possit; Verr. III, 23.

tutus a: ut pudicitiam ... servare ab eorum libidine tutam non liceret; Verr. I, 68.

IV. **nach Substantiven:** administri: populos habent universos ... libidinis suae ... administros; Verr. III, 76.

auctor: ut ... auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur; Piso 69.

caecitas: an tibi .. obesset caecitas ... libidinis? har. resp. 38.

conscientia: cuius (libidinis) conscientiam nihil est quod quisquam timeat; Rab. Post. 11.

contumeliae: quae (civitates) ... nefarias libidinum contumelias .. subierunt; Piso 86.

crimen: magnum hoc Lampsacenum est crimen libidinis; Verr. I, 86. quae (luxuria) non crimine aliquo libidinis ... notabatur; Balb. 56.

culpae: omnis inesse culpas ... libidinis; Verr. V, 42.

deversorium: studiorum .. suorum Varro voluit illud, non libidinum deversorium; Phil. II, 104.

fructus: aliis fructum libidinum ... pollicebatur; Catil. II, 8.

gurges: ut eorum veteres .. divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat; Sest. 93.

incontinentia: *venio .. ad crimen incontinentiae intemperantiaeque libidinum;* Scaur. 2, § 6.

indicium: nullum esse dico indicium libidinis; Verr. III, 5. quarum (libidinum) acerbissimum exstat indicium; prov. cons. 6.

iniuria: mitto illam primam libidinis iniuriam; Cluent. 188.

inlecebrae: erant apud illum inlecebrae libidinum multae; Cael. 12.

insania: quis insaniam libidinum ... recordatur? Sulla 70.

intemperantia: ſ. incontinentia.

invidia: si quae est invidia communis ... libidinum iuventutis; Cael. 30.

maculae: homini ... omnium .. libidinum maculis notatissimo; dom. 23.

minister: qui ... minister libidinis esse posset; Verr. V, 30.

odium: ut .. odio libidinis tuae ... moverentur; Verr. I, 81.

patronus: nec enim respexit illum ipsum patronum libidinis suae .. apud Baias esse; Fr. B, XIII, IV, 8.

praefecti: his utitur quasi praefectis libidinum suarum; sen. 15.

praegustator: praegustatori libidinum tuarum ... tradidisti; dom. 25.

servi: neque tam servi illi dominorum quam tu libidinum; Verr. IV, 112.

societas: quanta (societas erat) ei cum illis .. libidinis? Sulla 16.

socius: qui .. socius ... libidinis esse posset; Verr. V, 30.

suspicio: quae ad suspicionem stuprorum ac libidinum ‖ad lubidinem‖ pertinerent; Font. 38. victrix filiae [non libidinis] diutius suspicionibus obscuris laedi famam suam noluit; Cluent. 14. quae potest ... ulla libidinis ... esse suspicio? Scaur. 4, § 6.

testis: Messana ... libidinum testis (te circumvenit); Verr. IV, 17.

turpitudo: quae (civitates) ... libidinum .. turpitudinem .. subierunt; Piso 86. alteri ... fuit .. ea libidinum turpitudo; Phil. XI, 9.

verbum: libidinis verbo ... ius .. intorqueri; Caecin. 77.

vestigium: ne quod in vita vestigium libidinis appareat; Verr. III, 4. ne ... aspiciat ... vestigia libidinis; ib. V, 32. quo significari vestigium libidinis ... possit; Font. 40.

vitia: [flagrabant vitia libidinis apud illum]; Cael. 12.

vox: vox est ... libidinis ..., vim non esse factam; Caecin. 76.

V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** confirmare: planius se confirmare crimen libidine barbarorum quam nostrorum hominum litteris arbitretur? Font. 4.

contrahi: aes alienum videmus .. non libidine esse contractum; Sulla 58.

corrumpi: omnia corrupta libidine ... reperientur; Flacc. 26.

ferri: coepit ... inflammata ferri libidine; Cluent. 12.

gerere: quas (res) libidine ... gesserat; Quinct. 14.

incendi: qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas ... violasset; prov. cons. 24.

infestus: quod (tempus aetatis) ... aliorum libidine infestum est; Cael. 10.

insanus: qui .. in eius modi vita nervi esse potuerunt hominis ... omni inaudita libidine insani? Sest. 16.

labi: equitem Romanum ... non libidine ... labentem excepit; Rab. Post. 43.

niti: nisi alicuius intolerabili libidine ... niteretur; Cael. 2.

oblini: qua (libidine) Antoniorum oblita est vita; Phil. XIV, 9.

perdere: cum omnia sua commoda ..., unius ... libidine perdidissent; Verr. II, 9.

2. **Präpoſitionen:** ad: quid est aliud ... maiestate vestra abuti ad ... libidinem? Sex. Rosc. 54. ut ad libidinem suam .. servoli .. nobilium bona ... vexare possent? ib. 141. „exspectationem .. ad ... libidinem eludemus"; Verr. a. pr. 30. ad ... libidines suas domo sua ... contentus non fuit; ib. V, 80. rem ad illorum libidinem iudicasse; Font. 36.

causa: qui .. non libidinis causa ... libertinam duxit uxorem; Sest. 110. ductum esse ab eo in provinciam aliquem dicis libidinis causa; Planc. 30. nemo umquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate quam tu in Curionis; Phil. II, 45.

ex: iudicibus ... ex libidine istius datis; Verr. II, 41.

in: in hac libidine hominum ... unum ... remedium esse arbitrarer; div. Caec. 9. in hac hominum libidine ... recte factum esse defendes? Verr. III, 205. cui nihil umquam nefas fuit nec in facinore nec in libidine; Milo 73.

Digitized by Google

praeter: apud hunc ... ne magno opere quidem quicquam praeter libidines sumptuosum (est); Piso 67. quid est in Antonio praeter libidinem? Phil. III, 28. quid est in testimonio vestro praeter libidinem? Fr. A, III, 11.

propter: quanto in odio simus ... propter eorum ... libidines; imp. Pomp. 65. cui bello cum propter timiditatem tuam tum propter libidines defuisti; Phil. II, 71.

librariolus, Abſchreiber, Copiſt: quod librarioli .. se scire profiteantur; Balb. 14.

librarium, Bücherbehältniß: eripio: quod (librarium) te aiunt eripuisse e domo; Milo 33.

exhibeo: exhibe librarium illud legum vestrarum; Milo 33.

tollo: quod (librarium) te aiunt ... ex mediis armis ... tamquam Palladium sustulisse; Milo 33.

librarius, für Bücher: taberna: nisi se ille in scalas tabernae librariae coniecisset; Phil. II, 21.

librarius, Bücherabſchreiber, Schreiber, Copiſt: I. concurrunt: concurrunt ... librarii; leg. agr. II, 13.

sunt: sunt .. librarii manu; Phil. II, 8.

II. laudo: quid est aliud librarium Bruti laudare, non Brutum? Phil. X, 5.

III, 1. ornare: ornat (eum) ... librariis; leg. agr. II, 32.

2. a: describi ab omnibus librariis ... imperavi; Sulla 42.

licenter, frei, zügellos: quos intellegebat ... licentius .. cum domina vivere; Cael. 57.

licentia, Freiheit, Erlaubniß, Ungebundenheit, Willkür, Zügelloſigkeit, Ausſchweifung: I. consequatur: cum ... licentia consecuta est; Verr. III, 176.

est: eandem istius ... licentiam libidinemque fuisse cognoscite; Verr. III, 77. in quo est impunita mentiendi licentia; Scaur. 8.

habet: tanta licentia ... nonne quem habitura sit exitum pertimescit? Sest. 134.

II, 1. adipiscor: felix ista domus quae ... adepta sit ... accusandi licentiam; Deiot. 29.

coarguo: coarguere ... licentiam impudentem videmur? Flacc. 20.

comprimo: compressa hominum licentia; Milo 78.

concedo: ne ... concessam videamur habere licentiam fingendi; Muren. 20.

do: videte quam infinitam istis hominibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturi sitis; Verr. III, 220. date hanc tribuno plebis licentiam; dom. 47. vide quid licentiae .. nobis tua liberalitas det; Ligar. 23.

habeo: quantam (habent) ad male dicendum licentiam; Font. 40. quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam; Milo 84. ſ. concedo.

opto: cuius (facti) ipse sibi perpetuam licentiam optaret; Cael. 16.

ostendo: cum iste calumniae licentiam sua auctoritate ostendisset; Verr. II, 67.

permitto: hac licentia permissa; Verr. III, 29. hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis ... permisisses; ib. III, 32. [nihil de permissa ab isto licentia] (loquor); ib. 106. peccandi .. licentiam permittant; Tull. 40. omnibus facinorosis eandem licentiam permiseritis; Fr. C, 31.

pertimesco: tabellae licentiam pertimescebant; Sest. 103.

praecido: numquam ipsimet nobis praecideremus istam licentiam .. vivendi; Verr. III, 8.

prospicio: prospicite ... intolerandam licentiam; leg. agr. I, 15.

refuto: aliquanto liberius ... refutaremus istam male dicendi licentiam; Cael. 7.

video: videte metuendum inimici et hostis bilem et licentiam; Fr. B, XIII, IV, 8.

2. abduco ad: ad hanc hominum ... licentiam me abducis? Verr. III, 210.

abhorreo a: ille ... abhorret .. ab huius saeculi licentia; Cael. 48.

defendo contra: possitne se contra ... licentiam ... parsimonia defendere; Quinct. 92.

III. simulacrum: in civis ... ossibus simulacrum ... licentiae conlocasti; dom. 131.

IV, 1. conlocare: eorum, qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius ... conlocaverunt; Piso 76.

committi: quae ... commissa non sunt ... licentia militari; Verr. IV, 116.

concidere: concidit (Graecia) ... licentia contionum; Flacc. 16.

distingui: ut libertatem a servitute nulla re alia nisi mentiendi licentia distinguendam putent; Scaur. 17.

facere reliquum: qui ... licentia decumanorum decumas aratoribus nullas reliquas fecerit; Verr. III, 147.

2. in: in hac hominum ... licentia ... recte factum esse defendes? Verr. III, 205.

propter: ut homines propter ... licentiam decumanorum mortem sibi ipsi consciverint; Verr. III, 129. hoc iudicium ... propter ... nimiam licentiam constitutum est ..; Tull. 8. quod (interdictum) ... est constitutum propter ... nimiam hominum *licentiam* ..; ib. 46. ut propter armorum habendorum licentiam metueretur; Phil. I, 34.

liceor, bieten: alqs: qui digito sit licitus ||licitus sit||; Verr. III, 27. Herbitenses liciti sunt usque adeo quoad se efficere posse arbitrabantur; ib. 77. postremo liceri destiterunt; ib. 99. is (Venuleius) liceri non destitit; ib. eis voluisse te addicere, qui contra Apronium licerentur; ib. 148. adest ad tabulam, licetur Aebutius; Caecin. 16. cum ... praedia ... venirent, liceretur is; ib.

licet, es iſt erlaubt, es ſteht frei, man kann, darf, obgleich: I. **abſolut:** id quod postea, si per vos .. licitum erit, aperietur; Sex. Rosc. 127. se ... praedonum duces ... dum per me licuerit ... retinuisse; Verr. I, 12. iste .. et licere et fieri solere et se recepturum; ib. II, 94. quicumque senator voluerat fieri ... quamvis ex eo loco, ex quo non liceret; ib. 121. si per nostros magistratus liceat; ib. III, 67. licuisse vero qui? ib. 169. genus ... eius modi, quasi non modo liceret, sed etiam oporteret; ib. 181. cupias tibi licere; ib. 222. quoad per me licitum est; ib. V, 76. quoad per M. Glabrionem licitum est; ib. referetur pecunia? non licet; leg. agr. I, 15. serius quam per aetatem ... liceret; ib. II, 3. cum primum licitum sit; ib. quoad liceret; ib. 19. cui licet? ib. 21. ne per Corneliam (legem) quidem licet; ib. 78. si mihi per Servium liceat; Muren. 21. quoad licuit, defendistis; sen. 31. cum primum licuit, ... perfregit; Quir. 10. non .. voluisti ... ferre ut liceret; dom. 71. „tuleram .. ut mihi liceret"; ib. 106. auctore Cn. Pompeio .. mihi .. et nunc et quoad licuit amicissimo; Sest. 39. „dide ac dissice! per me licebit"; Cael. 37. si .. aliquid .. non contra ac liceret factum diceretur; Balb. 7. quod si exceptio facit, ne liceat, ubi *non est exceptum, ibi* necesse est licere; ib. 32. exercitum eduxit ex Syria. qui licuit extra povinciam? Piso 49. dum licet, providete ne duriorem vobis condicionem statuatis ... quam ferre possitis; Rab. Post. 15. neque .. licuit aliter vestro generi; Ligar. 20. dum populi Romani nomen exstabit — quod quidem erit, si per te licebit, sempiternum; Phil. II, 51. hoc feci, dum licuit; intermisi, quoad non licuit: iam non solum licet, sed etiam necesse est; ib. III,

Digitized by Google

III. alqm: otioso vero et nihil agenti privato, obsecro te, L. Caesar, ... quando imperium senatus dedit? Phil. XI, 20. vos obsecro, ... quis hoc vestrum non videt? ib. XIII, 10. — pro: ipse (Cn. Pompeius) ... pro mea vos salute ... obsecravit; Quir. 16. — Imper. oro atque obsecro vos, qui nostis, vitam inter se utriusque conferte; Qu. Rosc. 20. nolite, obsecro vos, acerbiorem mihi pati reditum esse, quam ..; Milo 103. — Conj.: vos, Quirites, oro atque obsecro, ... adhibeatis misericordiam, ... sapientiam; Rabir. 5. ita vos L. Murena ... orat atque obsecrat, ... sit apud vos modestiae locus, sit demisso animo || demissis hominibus || perfugium, sit auxilium pudori; Muren. 87. — ne: atque ille me orare atque obsecrare coepit, ne se lege defenderem; Cluent. 144. orat vos Habitus et flens obsecrat, ne se invidiae ... condonetis; Cluent. 201. — ut ne: vos ... oro atque obsecro, ..ut ne ... L. Murenae recentem gratulationem nova lamentatione obruatis; Muren. 86. — ut: te, C. Aquili, vosque, qui in consilio adestis, orat atque obsecrat, ut ... patiamini; Quinct. 10. ut te atque eos, qui tibi in consilio sunt, obsecret obtesteturque P. Quinctius per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud, nisi ut ... obsequamini; ib. 91. quapropter vos oro atque obsecro, iudices, ut ..; Sex. Rosc. 9. praesentes vos orant atque obsecrant, .. ut ... vestrum iudicium ab suo iudicio ne discrepet; div. Caec. 14. qui (Siculi) ... me, ut hanc causam salutisque suae defensionem susciperem, obsecrarunt; Verr. II, 156. orant te atque obsecrant, ut sibi religionem, generi tuo laudem gloriamque restituas; ib. IV, 80. totiens te senatum Panhormitanum adisse ... orantem atque obsecrantem, ut aliquando

Digitized by Google

ille miser ... liberaretur; ib. V, 21. vos ... absens orat atque obsecrat, ut sua religio ... aliquid ... momenti habuisse videatur; Font. 14. vos obtestor atque obsecro, ut ... eos conservetis; Sest. 147. vos obsecro, .. ut huic .. viro ... nomen equitis Romani ... ne eripiatis; Rab. Post. 48. obsecrabo obtestaborque vos, ... hoc saltem nobis ut relinquatur; Milo 6. vos, .. obsecro, .. ut vestra beneficia ... augeatis; ib. 100. omnes te ... obsecramus, ut vitae tuae ... consulas; Marcell. 32.

populum: qui (Cn. Pompeius) populum Romanum pro me ... non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit; sen. 29. qui ... populum Romanum supplex obsecrasset; ib. 31. hic ... pro salute mea populum Romanum obsecravit; dom. 30.

IV. alqm alqd: itaque hoc te obsecrat, C. Aquili, ut ... eam (existimationem) liceat ei ... efferre; Quinct. 99. nihil aliud iam vos orat atque obsecrat, nisi uti ne se funere et ... morte privetis, ut eum ... in patria mori patiamini; Rabir. 37. illud unum vos magno opere oro atque obsecro, ... ne ... putetis; Planc. 56.

obsecundo, begünſtigen: ut eius semper voluntatibus ... venti tempestatesque obsecundarint; imp. Pomp. 48.

obsequium, Nachgiebigkeit: mitigare: ego Antonium ... obsequio [meo] mitigavi; Piso 5.

tueri: illa ... in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio; Cael. 13.

obsequor, nachgeben, willfahren: alicui: quam ob rem, Cluenti, de te tibi obsequor; Cluent. 149.

bonitati, naturae: ut vestrae naturae bonitatique obsequamini; Quinct. 91.

cupiditati: huius te cupiditati obsequi; Piso 12.

obsero, beſäen: campus Leontinus, cuius ante speciem haec erat, ut, cum obsitum vidisses, annonae caritatem non vereres; Verr. III, 47.

observantia, Aufmerkſamkeit, Ehrerbietung: I. diligo: (Caesar) consilium hominis probavit, ... officia observantiamque dilexit; Balb. 63.

excludo: nulla est .. poena quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere; Muren. 71.

sancio: noli observantiam sancire poena; Planc. 47.

tollo: ut observantia ... tolleretur; Planc. 44.

II. plenus: haec ... plena (sunt) observantiae; Planc. 45.

III. magnitudo: quae magnitudo observantiae tot tantisque beneficiis respondere poterit? sen. 24.

IV. retinere: id egit, ut amicos observantia, rem parsimonia retineret; Quinct. 59.

observatio, Beobachtung: observationes, testificationes, seductiones testium ... animadvertebant; Muren. 49.

observo, beobachten, einhalten, ehren, verehren: I. adjectiviſch: hominem propinquum, tui observantem, virum bonum, pudentem, maiorem natu nolebas ... appellare; Quinct. 39. equitem Romanum, ... observantem sui, ... excepit; Rab. Post. 43.

II. indir. Frage: observant quem ad modum esse unus quisque nostrum gerat; Verr. a. pr. 46. praesto ait se tibi futurum Vettius et observaturum quem ad modum rationes ad aerarium referas; ib. III, 167.

III. alqm: nihil .. mali est canis ibi quam plurimos esse, ubi permulti observandi multaque servanda sunt; Sex. Rosc. 90. Agathinum ita observabat ut aliquem adfinem atque propinquum; Verr. II, 89. diligenter observari videmur et coli; Muren. 70.

alqd: quid? tu id quem ad modum observas? Quinct. 85. quae quidem quam sancte solita sint observari scitis omnes; Flacc. 77. sin eadem observanda sunt; dom. 41.

amicos: valuit observandis amicis; Planc. 67.

censum: L. Metellus ... eum censum observari iussit; Verr. II, 138. (L. Metellus) Peducaeanum censum observari iubet; ib. 139.

consulem: qui (P. Sestius) ita suum consulem observavit, ut ..; Sest. 8.

diem: ipse in tuo redemptore nullam certam diem observares; Verr. III, 16.

hospites: omnis eos (patronos hospitesque) colere atque observare destiterunt; Sex. Rosc. 106.

leges: isti ... quem ad modum ceteras (leges) observarunt? dom. 71.

occupationem: cum praesertim tam multi occupationem eius observent; Sex. Rosc. 22.

ordinem: vehementer .. illum ordinem (publicanorum) observo; Verr. II, 181.

patronos: ſ. hospites.

rem: proinde ut (maiores nostri) rem iudicatam observarunt; Cluent. 117. omnibus rebus observatis; har. resp. 21.

tribulis: ne (liberi nostri) observent tribulis suos; Planc. 45.

tribus: dubitatis quin eas tribus ... iudicarit officiis ab hoc observatas? Planc. 39. ut huic et suam et ab hoc observatas tribus ederes; ib. 42.

vitam: vitam suam pluribus quam vellet observari oculis arbitrabatur; Verr. III, 3.

obses, Geiſel, Bürge: I. sum: tuus parvus filius ... pacis obses fuit; Phil. I, 31.

II. accipio: quarum (nuptiarum) illa cum obsides filios ab eo mortuos accepisset; Cluent. 188.

amplector: quem (filium) mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei; Catil. IV, 3.

conservo, al.: a nobis multos obsides habet populus Romanus, quos ut incolumis conservare, tueri, confirmare ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicandum; div. Caec. 72.

do: tantum modo aratoribus Metellus obsides non dedit, se non ulla in re Verris similem futurum; Verr. III, 124. (Staienus) hanc .. condemnationem dederat obsidem Bulbo et ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur; Cluent. 83.

habeo: habemus .. a Caesare ... sententiam tamquam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis; Catil. IV, 9. habet a M. Caelio res publica .. duas accusationes .. obsides periculi; Cael. 78. ſ. conservo.

impero: idem Cretensibus ... obsides .. imperavit; imp. Pomp. 35.

III. per: quae (pax) erat facta per obsidem puerum nobilem; Phil. II, 90.

obsessio, Einſchließung, Belagerung: I. est: quoniam ... non Capitolii atque arcis obsessio est; Rabir. 35.

II. ago: quid .. erat actum? ... an obsessio militaris viae? Piso 40.

libero: Narbonensis colonia, quae per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, ... commovetur; Font. 46.

III. expers: hunc ... concedis ... nullius obsessionis, nullius proelii expertem fuisse; Balb. 6

Digitized by Google

IV. diuturnitas: ut ... omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur; Muren. 33.

V. curare: hunc tu civem ... obsessione templorum ... domo et patria ... cedere curasti? dom. 5.

obsessor, Belagerer: quis est Sergius? ... obsessor curiae; dom. 13.

obsideo, beſetzt halten, einſchließen, blokiren, in Anſpruch nehmen, ſich bemächtigen, abpaſſen: alqm: obsessum te dicis; Verr. I, 80. cum vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini; sen. 3. tum ille ... obsessus est ipse domi; har. resp. 49. (L. Cornelium) Karthagine esse obsessum ‖ Karthaginem possessum isse, Karthaginem profectum esse ‖; Balb. 5. qui (D. Brutus) ... se .. obsideri quam hanc urbem maluit; Phil. V, 37. ut (M. Antonius) intellegat non D. Brutum, ... sed se ipsum obsideri; ib. X, 10. Brutus ... obsideri se passus ... constrinxit Antonium; ib. XI, 4. denuntiatum est ne Brutum obsideret; ib. XII, 11. qui ... D. Brutum obsident; ib. XIII, 11. quin ... Brutum obsideant; ib. 46.

aditus: cum omnis aditus armati obsiderent; Phil. II, 89.

Alexandream: quam (Alexandream) obsidebat; Phil. VIII, 23.

Capitolium: ab isdem gentibus ... obsessum Capitolium est atque ille Iuppiter; Font. 30.

coloniam: qui (homo) ... coloniam vestram fidissimam fortissimamque obsideret; Phil. VI, 2.

consulem: qui consulem ... inclusum obsederis; Vatin. 23. qui ... imperatorem populi Romani, consulem designatum, obsederit; Phil. VII, 15. cum consul designatus obsideatur; ib. XI, 21. qui (comites) ... consulem designatum obsident; ib. 37.

curiam: desinant ... obsidere cum gladiis curiam; Catil. I, 32.

domum: domus obsessa ab inimicis; Sex. Rosc. 30. cum interim .. milites domum ... obsidere coeperunt; Piso 93.

imperatorem: idem (imperator) ... obsessus est ab eis ipsis militibus ..; Piso 92. qui imperatorem populi Romani ... obsideret; Phil. VIII, 24. ſ. consulem; ib. VII, 15.

insulam: hic (Cyclops) .. totam insulam obsidebat; Verr. V, 146.

Iovem: ſ Capitolium.

Italiam: ut .. totam Italiam suis *opibus et* praesidiis obsidere atque occupare cogitet; leg. agr. II, 75. cum eidem [omnem pecuniam, maximam multitudinem ‖ omnia oppida maxima multitudine ‖, id est] totam Italiam suis opibus obsidebunt; ib.

Karthaginem: qui illam (Karthaginem) a multis imperatoribus obsessam ... solus evertit; har. resp. 6.

multitudinem: ſ. Italiam.

Mutinam: ne Mutinam obsideat; Phil. VI, 4. M. Antonium ... Mutinam obsessurum; ib. 5. Mutina obsidetur; ib. VIII, 5. qui nunc Mutinam obsident; ib. XIII, 11. quam (Mutinam) obsidet; ib. 47.

patriam: obsessa facibus et telis impiae coniurationis vobis supplex manus tendit patria; Catil. IV, 18.

pecuniam: ſ. Italiam.

principem: quid uti faceret? ... principem civitatis ferro obsessum teneret? Sest. 84.

rem publicam: Milonem ... gladiatoribus et bestiariis obsedisse rem publicam; Vatin. 40.

rostra: cum speculatur atque obsidet rostra ... curia; Flacc. 57.

senatum: qui impelluntur, ... ut obsideant senatum; dom. 89. „homines ... parasti.“ quid uti faceret? senatum obsideret? Sest. 84. qui (cives) armati senatum obsederint; Cael. 1. qui ... obsesso senatu ... legiones arcessierit; Phil. VI, 3. in quo (consulatu) ... obsedit ... senatum; VII, 15.

sinus: illi, qui sinus quosdam obsedisse maritimos ... dicuntur; Verr. V, 144.

stuprum: iacere humi ... ad obsidendum stuprum; Cael. 1, 26.

tempus: hominem ab isto quaesitum esse, ... qui meum tempus obsideret; Verr. a. pr. 6.

tribunatum: tertium scis ex illo obsesso atque adflicto tribunatu consularem auctoritatem .. esse .. consecutum; Vatin. 16.

virum: quem (virum) ita obsides, ... ut te ipse obsideas; Phil. XIII, 25.

vim: quae (dictatura) iam vim regiae potestatis obsederat; Phil. I, 3.

urbem: dico ... urbem ... Asiae clarissimam ... obsessam esse ab ipso rege ... et oppugnatam vehementissime; imp. Pomp. 20. ſ. alqm; Phil. V, 37.

obsidio, Einſchließung, Bedrängniß: I. libero: cum (C. Marius) ... obsidione rem publicam liberasset; Rabir. 29. Marius, qui bis Italiam obsidione ... liberavit; Catil. IV, 21. quam (patriam C. Marius) obsidione liberavisset; Quir. 20. qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit; Phil. V, 51. ut obsidione Brutus liberetur; ib. X, 15. qui (veterani) D. Brutum obsidione cupiunt liberare; ib. XI, 38. „ut venefica haec liberetur obsidione“; ib. XIII, 25.

II. metus: solet .. ipse accipere manicas nec diutius obsidionis metum sustinere; Phil. XI, 26.

pericula: quam (urbem) L. Lucullus ... summis obsidionis periculis liberavit; imp. Pomp. 20.

III. capere: urbis partim vi, partim obsidione cepit; Muren. 20.

obsignator, Unterſiegler: I. sum: decisionis arbiter C. Caecilius fuit; ... obsignator C. Sextilius; Flacc. 89.

II. adduco: Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asuvium neque Avillium nossent, adducit; Cluent. 37.

nomino: neque earum auctorem litterarum neque obsignatorem ... nominabis; Cluent. 185.

obsigno, unterſiegeln, verſiegeln: I. absolut: quae (signa) cognovi ... in aedibus .., cum obsignandi gratia venissem; Verr. I, 50. iste in tabulas refert; obsignat signis amicorum providens homo; ib. V, 102.

II. alqd: haec omnia ... ab hominibus honestissimis obsignata sunt; Verr. II, 190. solere suos civis ceterosque Graecos ex tempore quod opus sit obsignare dixit; Flacc. 36. ut ... civitates ... Laelio ... nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur; ib. nihil erat scriptum, nihil obsignatum; Phil. II, 67.

codicem: quod eum codicem obsignassem; Verr. I, 149.

laudationem: haec, quae est a nobis prolata laudatio, obsignata ‖ consignata ‖ erat creta illa Asiatica; Flacc. 37. nostra ... laudatio ... obsignata creta est; ib.

libellos: itaque obsignavi statim (libellos); Verr. II, 182.

litteras: quas ego litteras obsignandas publico signo deportandasque curavi; Verr. IV, 140. triduo lex (litteras) ad praetorem deferri, iudicum signis obsignari iubet; Flacc. 21. qui ... contra Scaurum patrem suum obsignaverat *litteras*; Scaur. 45.

Digitized by Google

pecuniam: pecunia obsignata ... in manibus Scamandri ... deprehenditur; Cluent. 47. cur cum obsignata pecunia venisset; ib. 53.

quaestionem: istam ipsam quaestionem dicite, qui ‖ quis ‖ obsignarit, unum aliquem nominatim ‖ nominate ‖; Cluent. 185.

syngraphas: syngraphae obsignabantur; Phil. V, 12.

tabellas: eius rei condicionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures; Quinct. 67. ab aliis tabellae obsignabantur; Verr. I, 137. quas (tabellas quaestionis) tum obsignatas esse dixit; Cluent. 184. tabellas obsignare velle; Piso 69.

tabulas: quod tabulas suas ab accusatoribus Dolabellae obsignatas diceret; Verr. I, 98. SI TABULAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINUS MULTIS SIGNIS QUAM E LEGE OPORTET AD ME PROFERENTUR; ib. 117. hic ego postulare coepi, ut mihi tabulas obsignare ac deportare liceret; ib. IV, 149. ne corrumpi tabulae facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit: at obsignantur corruptae; Flacc. 21.

testamentum: testamento Asuvii nomine obsignato disceditur; Cluent. 37. cum .. Oppianicus ... dictitaret nuper se et suos amicos testamentum eius obsignasse; ib. 38. Oppianicus ... testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit; ib. 41. dum .. eum fuisse Oppianicum constabit, ... qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit, qui eum, cuius nomine id obsignatum est, interfecerit; ib. 125. id .. testamentum ab huius inimico Oppianico est obsignatum; ib. 162. testamentum simul obsignavi cum Clodio; Milo 48.

obsisto, entgegenſtellen, ſich widerſetzen, Widerſtand leiſten: I. alqs: quod si ille hoc unum agitare coeperit, ... quis obsistet? Verr. III, 224. qui primo cum obsistere ac defendere conarentur; ib. IV, 94. „non deieci, sed obstiti"; Caecin. 31. qui obstiterit armatis hominibus; ib. 39. cum te obstitisse et reppulisse dicis; ib. 48. quid .. D. Brutus de M. Antonio iudicavit? ... exercitu obsistit; Phil. IV, 8.

armati: cum in antiquum fundum ingredi vellet, ... frequentes armati obstiterunt; Caecin. 21.

lex: eidem, nisi haec ipsa lex ... obstitisset, decrevissent id, quod ..; Fr. B. VI, 16.

vis: vis profecto quaedam obstiterit necesse est; Caecin. 48.

II. ne: obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiae possent; Verr. V, 5. terrore mortis ac periculo capitis ne accederes obstiti; Caecin. 23. quod frater consul ne fieret obstiterat; har. resp. 45.

III. alicui: per me tibi obstiti; Catil. I, 11. Graecis .. Lydis et Phrygibus et Mysis obsistent Massilienses, Rhodii, Lacedaemonii Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Boeotia; Flacc. 100. nisi forte regium tibi videtur ... multis obsistere; Sulla 25. quibus .. ut apertis inimicis obsisterem; dom. 29. si ... non ei maxime mihi .. obstitissent; Phil. II, 38.

amori: me Cn. Pompeius multis obsistentibus eius erga me studio atque amori semper dilexit; Piso 76.

armato: armatus *ipse* vobiscum *armato* obsisterem; Rabir. 35.

astutiae, audaciae: quod si aut confidens astutia aut callida esset audacia, vix ullo eis obsisti modo posset; Cluent. 183.

civitati: uni mehercule huic civitati, Verres, obsistere tua defensio non potest; Verr. III, 74.

commodo: me ... agrariae legi et commodo vestro obsistere; leg. agr. III, 3.

consiliis: quamquam ... omnibus eius consilii occurri atque obstiti; Catil. III, 17.

consuli: non est hostis, qui consuli armatus obsistit; Phil. VIII, 6.

crimini: quod ingenium, quae facultas dicendi, quae ... defensio huic uni crimini potuit obsistere? Cluent. 48.

cupiditati: paucorum cupiditati tum cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant; Verr. V, 127.

diligentiae: quoniam ... diligentiae meae temporis angustiis obstitisti; Rabir. 6.

excusationi: vehementius *eius* excusationi obstitistis; Phil. IX, 8.

furori: sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem [tuum], sed fortunam populi Romani obstitisse; Catil. I, 15.

impudentiae: nemo est qui alia ratione istorum iniuriae atque impudentiae potuisse obsisti arbitretur; Verr. I, 31. quasi vero ... nos non eo libentius tum audacine cesserimus, quo nunc impudentiae facilius obsisteremus; Caecin. 2.

inimicis: ſ. alicui; dom. 29. — iniuriae: ſ. impudentiae; Verr. I, 31. — legi: ſ. commodo.

libidini: quis enim umquam istius libidini obstitit? Verr. V, 82.

rationi: necesse est istius modi rationi aliquo consilio obsistere; Verr. a. pr. 33.

sceleri: nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset; Phil. X, 9. ſ. furori.

studio: ſ. amori.

tribunis: quia ... tribunis plebis boni et fortes consules obstiterunt; leg. agr. II, 14.

IV. alqm: cum illi hoc respondebunt tibi, quod tu nunc mihi: armatos se ‖ armatos ‖ tibi obstitisse, ne in aedis accederes; Caecin. 36.

obsolefio, den Werth verlieren: in homine .. turpissimo obsolefiebant dignitatis insignia; Phil. II, 105.

obsolesco, veralten, abkommen, den Werth verlieren: chartae: chartae quoque, quae illam .. severitatem continebant, obsoleverunt; Cael. 40.

oratio: obsolevit iam ista oratio; imp. Pomp. 52.

splendor: cuius splendor omnis his moribus obsolevit; Quinct. 59.

vectigal: quod (vectigal) ... in bello non obsolescat; leg. agr. I, 21.

virtus: quae (virtus) ... splendet .. per sese semper neque alienis umquam sordibus obsolescit; Sest. 60.

obsolete, alt, abgetragen: ut eum ... paulo .. obsoletius vestitum videret; Verr. I, 152.

obsoletus, alt, abgetragen, unſcheinbar, alltäglich: alqs: quod ... inde obsoletus Thessalonicam ... venisti? Piso 89.

alqd: volgaria et obsoleta sunt; Quinct. 56. vereor ne haec forte cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur; Verr. I, 56.

crimina: non volt populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem; Verr. V, 117.

preces: „obsoletae iam sunt preces tuae"; Planc. 75.

studia: studiis militaribus apud iuventutem obsoletis; Font. 42.

vestitus: (P. Rullus) esse meditabatur vestitu obsoletiore ... quam ante; leg. agr. II, 13.

obstinatio, Hartnäckigkeit: quae ego omnia ... obstinatione quadam sententiae repudiari; prov. cons. 41.

Digitized by Google

obsto, im Wege ſtehen, hinderlich ſein: I. unperſönlich: neque .., quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstatur, propterea etiam permittitur; Phi. XIII, 14.

II. alqs: (cur) meis commodis officio simulato officis et obstas? Sex. Rosc. 112. quid tibi obsto? ib. 145. „videbimus, ne iste (Phalacrus) nobis obstare possit"; Verr. V, 105. cum ... alii obstare sibi me arbitrarentur; Sest. 46. „obstabat in spe consulatus Miloni Clodius"; Milo 34. obstabat eius cogitationibus nemo praeter Milonem; ib. 88. qui (eius cogitationibus) obstare poterat; ib. etiam si nemo obstaret armatus; Phil. V, 9. ut non obstarem rei publicae; ib. XII, 21.

alqd: numquid huic ‖hic‖ aliud videtis obstare [Roscio], nisi quod patris bona venierunt? ib. 152.

crimen: sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare; ib. 96.

gratia, potentia: nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus .. nobis obstare; ib. 122.

res: tres sunt res ..., quae obstent hoc tempore Sex. Roscio; Sex. Rosc. 35. quod ipse (Verres), cui maxime haec res obstat, negare non audet; div. Caec. 13.

suspicio: ſ. crimen.

vita: quoniam ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur; Sex. Rosc. 6.

obstrepo, übertönen: eius modi res ... obstrepi clamore militum videntur et tubarum sono; Marcell. 9.

obstringo, feſſeln, verpflichten, verwickeln, verſtricken: alqm: qui se tot sceleribus obstrinxerit; Verr. I, 8. qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat; ib. IV, 71. sic eos (magistratus) accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer; ib V, 35. non omnes, qui tanto scelere se obstrinxerunt, ... in discrimen aut iudicium vocandi (erunt)? ib. 179. quae (mater) ... (Oppianicum) donis, muneribus, conlocatione filiae, spe hereditatis obstrinxit; Cluent. 190. vobis in perpetuum liberisque vestris (A. Cluentium) obstringite; ib. 202. si defendas eum, quem obstrictum esse patrio parricidio suspicere; Sulla 6. hic ... si obstrictus voluptatibus teneretur; Cael. 47. quem si ... conservatis, ... obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis; ib. 80. quamquam foedere obstricti tenebamini; Piso 29. si ... obstricti pactione tenebamini; ib. 30. quis fuit ... qui ... non eos, qui ita iudicarint, pari scelere obstrictos arbitraretur; ib. 95. video ... neminem ... cui non sim obstrictus memoria beneficii sempiterna; Planc. 2. quam ob rem viderer maximis beneficii vinclis obstrictus; ib. 72. ego ... eo me beneficio obstrictum esse mentior? ib. 73. cum Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis; Phil. XI, 14. qui ... nefario .. se patriae parricidio obstrinxerit; ib. 29.

fratrem: qui (frater uxoris) etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti; dom. 118.

populum: obstrinxisti religione populum Romanum; Phil. II, 83.

provinciam: tanta religione obstricta tota provincia est ..; Verr. IV, 113.

obstructio, Verſchließung: haec obstructio nec diuturna est neque obducta ita, ut oculis perspici non possit; Sest. 22.

obstruo, vorbauen, verſperren: I. luminibus: (iste) se luminibus eius esse obstructurum minabatur; dom. 115.

monumento: qui non obstruxit aliqua ex parte monumento P. Scipionis; Verr. IV, 79.

II. perfugia: obstruite perfugia improborum; Sulla 79.

obstupefacio, in Erſtaunen ſetzen, betäuben: alqm: (L. Catilina) non obstupefactus ac perterritus mea diligentia ... esse dicetur; Catil. II, 14.

homines: qui (plausus) ... obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est; Deiot. 34.

obstupesco (obstipesco), erſtaunen, erſtarren: alqs: obstipui, iudices, cum hoc mihi primum ... demonstravit ... Halaesinus Aeneas; Verr. III, 170. sic .. obstupuerant, ... ut ..; Catil. III, 13.

homo: homo ... obstupuit hominis improbi dicto; Verr. I, 66.

posteri: obstupescent posteri; Marcell. 28.

obsum, hinderlich ſein, ſchaden: alqs: qualem in eis rebus in me L. Metellum fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mihi posset, cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit? Verr. II, 164.

alqd: ut, quod in tempore mali fuit, nihil obsit; Cluent. 80. „at hoc obfuit ei maxime"; ib. 97. si in ambitus iudiciis hoc eis obfuit, cum alia lege causam dicerent, certe si propria lege huius peccati adducti essent, multo plus obfuisset; ib. 114. nunc vereor ne (ea) non modo non prosint, verum etiam aliquid obsint; Flacc. 103. cui nihil oberat praeter ..; dom. 46. quae .. si huic obfuerint; Balb. 63. id, quod tu huic obesse etiam putas; Planc. 23. huic quae pro salute mea fecerit ... obesse .. non oportere; ib. 98.

bona: ne ea soli huic obsint bona M. Catonis; Muren. 58.

caecitas: an tibi luminis obesset caecitas plus quam libidinis? har. resp. 38.

Capua: quibus omnibus ... bellis Capua (nobis) non modo non obfuit, sed ..; leg. agr. II. 90.

contentio: contentio tam diu sapiens est, quamdiu ... non obest civitati; Balb. 60.

custodia: ne Cn. Plancio custodia meae salutis ... obsit; Planc. 2.

desiderium: utrique nostrum desiderium nihil obfuisset; Muren. 21.

facta: vestrum est, ... mihi mea (facta) ne quando obsint providere; Catil. III, 27.

gratia: quae gratia ... ut etiam obesse (tibi) deberet, tu tua sapientia curasti; Verr. II, 169.

ignavia: ne illorum simulatio, horum obsit ignavia; Phil. X, 17.

inimicus: ut inimicus neque deesse nocenti possit neque obesse innocenti; Verr. III, 162.

iudicium: hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? Cluent. 92. hoc Bulbi iudicium non plus huic obesse causae debet quam illa ... duo iudicia; ib. 98.

legatio: quid .. potest ... rei publicae prodesse nostra legatio? ... quid, si etiam obfutura est? obfutura? quid, si iam nocuit atque obfuit? Phil. XII, 7.

litterae: quod mihi meae (litterae) ... obfuissent: quas ego mihi obfuisse non intellego; Planc. 85.

maledictum: huic oberit tuum maledictum; Cael. 23.

mors: obest .. Clodii mors Miloni; Milo 34.

pater: „pater ... obesse filio debet"; Planc. 31. pater ut ... obesse filio debeat? ib. is oberit honestissimo filio pater, qui ..? ib. 32.

Digitized by Google

res: neque tantum illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis; Verr. III, 94.
simulatio: ſ. ignavia.
tabulae: si hae tabulae nihil tibi erant offuturae; Verr. III, 112.
testimonia: potes igitur dicere nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorum, Siculorum omnium testimonia? Verr. II, 168.

obtego, verdecken, decken, ſchützen: alqm: (frater) se .. servorum et libertorum corporibus obtexit; Sest. 76.
alqd: quae multis postea virtutibus obtecta adulescentiae qui vellet excusatione defenderet; Cael. 43.
turpitudinem: ut adulescentiae turpitudo obscuritate et sordibus [tuis] obtegatur; Vatin. 11.

obtempero, willfahren, [nachkommen', gehorchen: I. alqs: si hic ordo placere decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis; Catil. I, 20.
II. alicui: ut (servoli) ... nobis .. non ad id, quod ex verbis intellegi possit, obtemperent; Caecin. 52. nemini nostrum obtemperat; Cael. 76.
auctoritati: iuris consultorum auctoritati obtemperari non oportere; Caecin. 65. populus Romanus dolori suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare; imp. Pomp. 56. M. Piso ... et ... M. Vehilius senatus auctoritati se obtemperaturos esse dixerunt; Phil. III, 25.
auspiciis: legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur; sen. 11.
consilio: in hominis honesti prudentisque iudicio non solum meo consilio uti consuevi, sed multum etiam eius, quem defendo, et consilio et voluntati obtempero; Cluent. 144.
consulto: ut senatus consulto ne obtemperetur; Piso 17.
consultis: non hoc debent dicere, iuris consultis, sed hominibus stultis obtemperari non oportere; Caecin. 68.
cupiditati: si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare; Quinct. 7.
dolori: ſ. auctoritati; imp. Pomp. 56.
inventis: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet; Cluent. 84.
legibus: iste .. praetor ... illis legibus, quae in poculis ponebantur, diligenter obtemperabat; Verr. V, 28.
peritis: sin peritis non putat esse obtemperandum; Caecin. 70.
populo: utrum esset Agrigentinis utilius, suisne servire anno populo Romano obtemperare; Verr. IV, 73.
testamento: quod alterius patroni testamento obtemperasset; Verr. I, 124.
voluntati: ut eius semper voluntatibus ... socii obtemperarint; imp. Pomp. 48. cuius voluntati mihi obtemperandum est; Cluent. 158. ſ. consilio.

obtero, vernichten: calumniam: ita calumniam stultitiamque eius obtrivit ac contudit; Caecin. 18.
laudem: ne obteri laudem imperatoriam criminibus avaritiae velitis; Verr. V, 2.
stultitiam: ſ calumniam.
voluptates: obterendae sunt omnes voluptates; Cael. 46.

obtestatio, Beſchwörung: I. volt: quid .. illa tua tum obtestatio tibicinis (voluit)? dom. 125.
II. debere: quae mulier obtestatione viri decem illis mensibus ne domum quidem ullam nisi socrus suae nosse debuit; Cluent. 35.
sacrari: sanctiones sacrandae sunt aut genere ipso atque obtestatione || aut obtestatione || [et consecratione] legis aut poena || poenae ||; Balb. 33.
sacrosanctus: utrum capitis consecratione an obtestatione legis sacrosanctum (foedus) esse confirmas? Balb. 33.

obtestor, zu Zeugen anrufen, beſchwören, anflehen: alqm: vos omnis oro atque obtestor hortorque; Rabir. 35. quem obtester? Flacc. 4. cum ego te, Flacce, ... flens flentem obtestabar; ib. 102. mecum .. vos simul hic ... obtestatur parens; Planc. 102. vos ... obtestor; Milo 85. — ne: id sibi ne eripiatis, vos .. (P. Sulla) obtestatur; Sulla 89. si ... parum vobis cumulate gratias egero, quaeso obtestorque, ne meae naturae potius quam magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis; sen. 1. quod .. ne faciatis oro obtestorque vos; Rab. Post. 46. — ut: vos ... pro magnitudine periculi obtestor, ut otio ... consulatis; Muren. 86. vos oro et obtestor, ut totam causam ... contemplemini; Flacc. 26. quaeso obtestorque vos, .. ut me ... in sedibus meis conlocetis; dom. 147. vos obtestor atque obsecro, ut ... eos conservetis; Sest. 147. oro obtestorque vos, .. ut ... in hac civitate ne patiamini ..; Cael. 78. te oro et obtestor, ... ut ... conserves eum; Planc. 104. obsecrabo obtestaborque vos ... hoc saltem nobis ut relinquatur; Milo 6. quid restat nisi ut orem obtesterque vos, .. ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro? ib. 92. vos oro obtestorque, .. ut ... audeatis; ib. 105.
deos, deas: ceteros ... deos deasque omnis imploro et obtestor, ..., ut ..; Verr. V, 188.
fidem: (L. Murena) vestram fidem obtestatur; Muren. 86.
penatis: vos .., ... patrii penates familiaresque, ... vos obtestor ... ut ... mihi re publica aliquando restituta liceret frui; dom. 144, 145.

obtineo, einnehmen, inne haben, feſthalten, behaupten: I. acc. c. infin.: obtinebo eam (sententiam) multo leniorem fuisse; Catil. IV, 11.
alqd: satis fuit illud obtinere, quod probari omnibus posset; Quinct. 34. possumus hoc teste, possumus P. Servilii ... litteris ..., possumus auctoritate societatis ... quod dicimus obtinere; Verr. III, 168. non dicam id, quod debeam forsitan obtinere; ib. V, 4. tum illi intellexerunt se id, quod a malo auctore emissent, diutius obtinere non posse; ib. 56. cum idem alii iuris ex eadem causa non obtinerent; ib. haec (civitas) apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, auctoritatis ne hoc quidem iuris obtinuit, ut ..; ib. 125. in hac ipsa causa .. si hoc non obtinemus, ... deiectum esse eum, quem ..; Caecin. 75. tu me ad verbum vocas: ... nego obtineri posse; ib. 81. tamenne arbitraris, id, quod M. Drusus ... non obtinuerit, id te posse ... obtinere? dom. 50. voluimus quaedam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt; Balb. 61. id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate; Piso 8. qui pro uno laborarit, id ipsum non obtinuerit; Planc. 75.
Africam: Africam tum praetor ille obtinebat; Cael. 10. qui praetor Africam obtinuerat; Ligar. 3. non minus magnum est vos Africam, arcem omnium provinciarum, ... obtinere voluisse quam aliquem se maluisse; ib. 22.
arcem: ſ. Africam; Ligar. 22.
Asiam: ſ. provinciam; Flacc. 85.
auctoritatem: quam (procurationem auctoritatemque) si retinere volunt ei, qui reciperarunt, in perpetuum poterunt obtinere; Sex. Rosc. 139. quae (tabulae) solae ex illa professione conlegio-

Digitized by Google

que praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem; Arch. 9.

bona: quin nemo vestrum possit ... bona patria obtinere; Verr. II, 30.

causam: ſ. **causa,** II, 1. obtineo (7 St.) B. I, S. 473, a.

commoda: quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, Cluent. 155.

consulatum: eadem precor ab eisdem dis ... ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum; Muren. 1.

Cumas: Cumas multitudine suorum obtinebunt; Fr. A. IV.

decuriam: [hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit?] Verr. II, 79.

domum: suam quisque domum tum obtinebat; Phil. II, 48.

famam: si per vos vitam et famam potest obtinere; Sex. Rosc. 49.

Galliam: quam (ultimam Galliam) Plancus obtinet; Phil. V, 5. ſ. provinciam; Phil VIII, 27.

gravitatem: ut, si veritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere; Quinct. 75. quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat; Sulla 19.

imperium: qui ... summum imperium obtineret; Verr. V, 134.

iniuriam: quam (iniuriam) iste ... obtinuit; Phil. II, 3.

ius: ſ. **ius,** II, 1. obtineo (8 St. Verr. V, 125) B. II, S. 816, b.

lenitatem: si ... lenitas tanta non esset, quam tu per te ... obtines; Ligar. 15.

litem: ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; Qu. Rosc. 10.

locum: ne locum suum ... obtineat; Quinct. 43. nunc obtinet eum locum, ut vix Apronio ... concedere videatur; Verr. II, 108. mihi ... restitutio maledicti locum aut criminis obtinebit? dom. 86. quem locum apud ipsum Caesarem ... obtinuisti? Phil. II, 71.

Macedoniam: mitto, quod eas (Syriam Macedoniamque) ita partas habent ei, qui nunc obtinent, ut ..; prov. cons. 3. qui (L. Paulus) tum quaestor Macedoniam obtinebat; Vatin. 25. qui cum Macedoniam obtineret; Phil. X, 24. ſ. provinciam; ib. 26.

mendacium: ut omnes intellegant non ad obtinendum mendacium ... auctoritatem adiuvare; Quinct. 75.

montem: non enim quaestor petit ... is, qui Erycum montem obtinebat; Verr. II, 22.

nomen: tum .. amplissimi honoris nomen obtinebis; Phil. X, 6.

ornamenta: quae pudore ornamenta sibi peperit, ea potest contra petulantiam me defendente obtinere; Quinct. 94.

partis: qui in hoc iudicio partis accusatoris obtinet; Quinct. 8.

patrimonium: sese .. non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere; Sex. Rosc. 6.

pecuniam: neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere; Sex. Rosc. 26

primum: cum multi pari dignitate fiant, unus autem primum solus possit ‖ unus tantum primus possit, unus autem primum locum possit ‖ obtinere; Muren. 18.

procurationem: ſ. auctoritatem; Sex. Rosc. 139.

provinciam: fratrem suum alterum Siciliam provinciam obtinere; Verr. a. pr. 27. ut ... eam .. provinciam obtineres; ib. I, 34. triennium provinciam obtinuisti; ib. II, 49. cum (praetor) provinciam Siciliam obtineret; ib. III, 130. biennium provinciam obtinuit; ib. 216. qui ceteras provincias obtinuerunt; ib. V, 7. quam (provinciam) tu cum imperio obtinebas; ib. 46. cum Asiam provinciam consulari imperio obtineres; Flacc. 85. ego eis, a quibus electus sum, provincias obtinentibus ... reductus sum; Quir. 10. ut (idem) ... provinciam Syriam obtineret; dom. 52. qui provincias cum imperio obtinerent; Sest. 128. obtinuisti provinciam consularem finibus eis ..; Piso 37. quis umquam provinciam cum exercitu obtinuit qui ..? ib. 38. ne praetoriae provinciae plus quam annum neve plus quam biennium consulares obtinerentur; Phil. I, 19. a D. Bruto et L. Planco ... itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege Iulia; ib. III, 38. tam diu .. ut (Galliam comatam) obtineat, dum M. Brutus C. Cassius ... provincias obtinebunt; ib. VIII, 27. senatui .. placere Q. Hortensium ... provinciam Macedoniam obtinere; ib. X, 26. consularem hominem ... provinciam Asiam obtinentem Samiario exsuli tradidit; ib. XI, 5. senatui placere C. Cassium ... provinciam Syriam obtinere, ut qui optimo iure eam provinciam obtinuerit; ib. 30. qui eam provinciam ... obtinebit; ib. provinciae ab eis, a quibus obtinentur, obtineantur; ib. 31. (vgl. quinquennium).

quaesturam: sic obtinui quaesturam in Sicilia provincia, ut ..; Verr. V, 35.

quinquennium: „ipse .. ut quinquennium .. obtineam"; Phil. VIII, 2.

regnum: qui venerant non propter Syriae regnum; nam id sine controversia obtinebant; Verr. IV. 60.

res: eius (Sullae) omnis res gestas non solum obtinemus, verum etiam ... publica auctoritate defendimus; Verr. III, 81.

Siciliam: quae (Sicilia) ... obtinebatur a C. Vergilio; Planc. 95. ſ. provinciam; Verr. III, 130.

splendorem: maxime vellem, .. ut P. Sulla ... dignitatis suae splendorem obtinere ... potuisset; Sulla 1.

statum: si .. quisque ... hunc vitae statum usque ad senectutem obtinere deberet; Balb. 18.

suavitatem: ſ. gravitatem; Sulla 19. — Syriam: ſ. Macedoniam; prov. cons. 3. provinciam; dom. 52. Phil. XI, 30.

testamentum: quod (testamentum) etiam infimis civibus semper obtentum est; Phil. II, 109.

veritatem: quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt; Deiot. 5.

obtingo, begegnen, zuſtoßen, zu Theil werden: I. ut: cum praetores designati sortirentur et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis quaereret; Verr. a. pr. 21. cum tibi sorte obtigisset, ut ius diceres; ib. V, 38.

II. alqd: si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar; Catil. IV, 3.

damnatio: damnatio ista ... obtigit P. Rutilio; Piso 95.

genus: id genus (mortis) ... suis obtigisse; Phil. XIV, 34.

provincia: obtigit tibi consularis (provincia); Verr. I, 34. cum tibi ... aquaria provincia sorte obtigisset; Vatin. 12.

III. doppelter Nomin.: quaestor cum L. Scipioni consuli (M. Piso) obtigisset; Verr. I, 37. Carbo graviter ferebat sibi quaestorem obtigisse hominem singulari luxuria atque inertia; ib. 34.

obtorpesco, erſtarren: quis est qui existimare possit huic novo pontifici ... non ... manum obtorpuisse? dom. 135.

Digitized by Google

obtorqueo, herumdrehen, packen: collum: nec quicquam propius est factum, quam ut illum ... collo obtorto ad subsellia reduceret; Cluent. 59.

gulam: quem obtorta gula de convivio in vincla atque in tenebras abripi iussit; Verr. IV, 24.

obtrectatio, Verkleinerung, Mißgunſt: ex: inimicior Marcello Crassus aut Fimbriae Scaurus ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica quam huic Galli? Font. 26. homines ... propter reliquorum obtrectationem ab huius ordinis coniunctione depulsi; prov. cons. 38.

obtrectator, Widerſacher, Neider: I. defendunt: reliqua iam praecipitantis tribunatus ... obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt; har. resp. 50.

exsistit: si forte aliquando .. beneficii huius obtrectator ... exstitisset; Flacc. 2.

fingunt: multi communes obtrectatores ... multa finxerunt; Planc. 57.

II. tollo: cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent; Font. 27.

III. sermo: locum sermoni obtrectatorum non relinquit; Flacc. 68.

vox: huius visa atque ‖ nota atque, experta atque ‖ perspecta (virtus) obtrectatorum voce laedetur; Balb. 16.

obtrecto, verkleinern, Abbruch thun: alicui: quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam anne Pompeio, an utrique, ... ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio; imp. Pomp. 57.

bonis: hanc tibi consuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectandi si qui detraxerit; Phil. X, 6.

causae, legi: a nullo istorum, qui huic obtrectant legi atque causae, L. Lucullum similiter ... esse laudatum; imp. Pomp. 21.

obtundo, beläſtigen: I. abſolut: non obtundam diutius; Verr. IV, 109.

II. auris: OBTUDERUNT EIUS AURIS TE SOCIUM PRAETORIS FUISSE; Verr. III, 157.

obvallo, verſchanzen: quem (locum) nobilitas ... omni ratione obvallatum tenebat; leg. agr. II, 3.

obvenio, verfallen, zufallen, zu Theil werden: iudices: qui (iudices) ei obvenerint; Cluent. 148.

provincia: simul atque ei sorte provincia Sicilia obvenit; Verr. II, 17. ut, quae cuique (provincia) apta esset, ea cuique obveniret; Phil. III, 24. cum L. Scipioni provincia Asia obvenisset; ib. XI, 17.

vitium: id .. obvenit vitium; Phil. II, 83.

obversor, vorſchweben: dignitas: mihi ante oculos obversatur rei publicae dignitas; Sest. 7.

res publica: res .. publica ... obversabatur ante oculos exstinctoris sui; dom. 141.

obviam, entgegen: eo: cupiditati hominum sit se obviam ire; Verr. I, 106. si mercede [conducti] obviam candidatis issent, si conducti sectarentur; Muren. 67.

fero: cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet; Planc. 96.

fio: fit obviam casu ei multitudini C. Curio; Verr. a. pr. 18. obviam fit ei Clodius; Milo 28. (Milo) fit obviam Clodio ante fundum eius; ib. 29.

procedo: Heraclius .. et Epicrates longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt; Verr. II, 65. huic ad urbem venienti tota obviam civitas ... processerat; Sest. 68. C. Caesari ... obviam longissime processisti; Phil. II, 78. obviam ei processit ... magna sane multitudo; ib. 106.

prodeo: eius modi litteras ad eos misit, ut huic frequentes obviam prodirent; Verr. II, 172. „multi obviam prodierunt de provincia decedenti"; Muren. 68. quid habet admirationis tali viro ... obviam prodisse multos? ib. senatus num obviam prodire crimen putat? ib. 73. municipales homines .., obviam necessario prodeuntes; Phil. II, 58.

venio: quarum (matrum) una ... mihi obviam venit; Verr. V, 129. si .. ipse accusator noster Postumus obviam cum bene magna caterva sua venit; Muren. 69. quis tibi ... obviam venit? Piso 53. quid ego numero qui tibi obviam non venerint? ib. 54.

obvius, entgegen, begegnend: alqs: sin autem ingredienti cum armata multitudine obvius fueris; Caecin. 76. si ille obvius ei futurus omnino non erat; Milo 47.

obvolvo, verhüllen: domum venit capite obvoluto; Phil. II, 77.

occaeco, verblenden: spes rapiendi atque praedandi occaecat animos eorum; Phil. IV, 9.

occasio, Gelegenheit: I. deest: aliis occasio defuit; Phil. II, 29.

est: etiam si qua fuit in hac re occasio, praetermissa est; Verr. V, 10. casus est .. in capiendo, locus, eventus, occasio; Flacc. 31. quantae quotiens occasiones, quam praeclarae fuerunt! Milo 38. quae tum ... occasio ... illius opprimendi fuit? ib. 40.

videtur: simul ac primum ei occasio visa est; Verr. I, 34.

II, 1. amitto: nullam esse rationem amittere eius modi occasionem; Caecin. 15.

capto: captatur occasio; har. resp. 55.

do: qui familiarem iugularit, quid is occasione data faciet inimico? Phil. VII, 18.

facio: quid? haec Apollonidienses occasione facta ad Flaccum detulerunt? Flacc. 79.

nanciscor: amplam occasionem calumniae nactus; Verr. II, 61.

offero; quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrantur; imp. Pomp. 4. hanc .. occasionem oblatam tenete; Phil. III, 34.

praetermitto: ſ. I. est; Verr. V, 10.

2. privo: qui vos tantae laudis occasione privaverit; Ligar. 25.

III. tarditas: neque occasionis tarditas exspectabitur; Phil. II, 118.

IV, 1. fieri: reperietis eos (homines novos), qui sine repulsa consules facti [sunt, ... aliqua occasione esse factos; leg. agr. II, 3.

2. ad: ut vester honos ... non ad alienae petitionis occasionem interceptus ... esse videatur; leg. agr. II, 8.

occasus, Untergang: I. appropinquat: (haruspices) imperii occasum appropinquare dixerunt; Catil. III, 19.

II, 1. lugeo: senatum populi Romani occasum ... lugere vetuisti; Piso 18.

2. constituo ad: cum ad occasum interitumque rei publicae Catilina in castris, in his autem templis ac tectis dux Lentulus esset constitutus; Sulla 33.

III. post: qui dies post .. occasum .. vestrum rei publicae primus influxit: Piso 34.

Digitized by Google

occidens, Weſten: ut illa omittam, visas ... ab occidente faces ardoremque caeli; Catil. III, 18.

occidio, Niedermetzelung, Vernichtung: cum .. A. Hirtius ... eius .. copias occidione occiderit; Phil. XIV, 36.

occido, untergehen, umkommen, dem Ende entgegengehen: alqs: ut eam (rem publicam) defendentem occidere honestius sit quam oppugnantem rerum potiri; Sest. 141. nolite ... hunc iam natura ipsa occidentem velle .. exstingui volnere vestro; Cael. 79. si unus ille occidisset; Milo 19. de illis loquor, qui occiderunt; Ligar. 18. in qua (victoria) occiderit nemo nisi armatus; ib. 19. qua (securi) multi minoribus in peccatis occiderunt; Phil. II, 51. qui .. pugnantes occiderunt; ib. XIV, 31. qui ... pro patria occiderunt; ib. 35. qui hoc bello pro patria occiderunt; ib. 38. ſ. fulmina.

beneficia: vos .. obsecro .. ut vestra beneficia ... in eiusdem exitio occasura esse videatis; Milo 100.

fulmina: cum duo fulmina ‖ lumina ‖ nostri imperii subito in Hispania, Cn. et P. Scipiones exstincti occidissent; Balb. 34.

insignia, ornamenta: omnia generis ... insignia atque ornamenta ... occiderunt; Sulla 88.

nomen: parricidio M. Antonii nomen populi Romani occidisset; Phil. XIV, 35.

res publica: nondum palam factum erat occidisse rem publicam; sen. 18. rem .. publicam concidere unius discessu quam omnium interitu occidere malui; dom. 96.

occido, erſchlagen, niederhauen, tödten, umbringen, ermorden: I. absolut: ipse (dictator) iubebat occidi nullo postulante; Ligar. 12.

II. alqm: occiditur ad balneas Palacinas ‖ Palatinas ‖ rediens a cena Sex. Roscius; Sex. Rosc. 18. occiso Sex. Roscio primus Ameriam nuntiat Mallius Glaucia quidam; ib. 19. cum post horam primam noctis occisus esset; ib. ut hic potius vivus in reos quam occisus in proscriptos referretur; ib. 27. quem ipsi cum cuperent non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt; ib. 29. quia se occidi passus non est; ib. 94. Romae Sex. Roscius occiditur; ib. 76. dubitate etiam nunc, ... a quo sit Sex. Roscius occisus; ib. 78. quid, si tu illius, qui occisus est, inimicissimus? ib. 86. restat .., ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit; ib. 88. ubi occisus est Sex. Roscius? ib. 92. quasi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit (Sex. Roscium); ib. qui Romae sit occisus; ib. utrum veri similius sit (eum) ab eo esse occisum, qui ..; ib. qui conducebantur, ut aliquem occiderent; ib. 93. eadem ratione, qua Sex. Roscius occisus est; ib. 94. occiso Sex. Roscio, quis primus Ameriam nuntiat? ib. 96. occisus est a cena rediens; ib. 97. cuius consilio occisus sit invenio; ib. mors Sex. Roscii quadriduo, quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur; ib. 105. cum occiditur Sex. Roscius, ibidem (servi) fuerunt; ib. 120. QUI IN ADVERSARIORUM PRAESIDIIS OCCISI SUNT; ib. 126. in summo otio rediens a cena Romae occisus est (Sex. Roscius); ib. constat, contra omnis ... leges ... occisum esse (Sex. Roscium); ib. ut eum (Sex. Roscium) apud adversarios occisum esse diceret; ib. 127. C. Malleolo occiso; Verr. I, 41. C. Malleolo occiso; ib. 90. nam Q. Lollius ... in itinere occisus est; ib. III, 63. nemo in Sicilia dubitat quin eo (Q. Lollius) sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua consilia de Verre; ib. qua in provincia (L. Piso) occisus est; ib. IV, 55. Ti. Graccho occiso; ib. 108. itaque erant exitus eius modi, ut ... alius tamquam occisus relinqueretur; ib. V, 28. ad Cn. Pompeium ... permulti, occiso Perperna, ... confugerunt; ib. 153. neque tam multos neque repugnantis multi armati paratique occidunt; Tull. 21. quae (lex) iubeat occidi eum, qui tribunum pl. pulsaverit; ib 47. si quis quem imprudens occiderit; ib. 50. illi oppugnatum venturi erant? quem? Fabium. quo consilio? ut occiderent; ib. 55. qui occisi sunt; ib. ut eum iure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur; ib. 56. imperavit, ut eum, qui ... intrasset, occideret; Caecin. 22. „nemo .. occisus est neque sauciatus“; ib. 41. Asuvius .. *ab eo* (Avillio) ... in arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur; Cluent. 37. qui eius uxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit; ib. 125. A. Aurium ... cum Oppianici esse opera proscriptum occisumque cognosset; ib. 188. arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum; Rabir. 18. confiterer ... C. Rabirii manu L. Saturninum esse occisum; ib. 19. „at occidit Saturninum Rabirius“; ib. 31. qui (servus) occidit L. Saturninum; ib. quod C. Servilius Ahala Spurium Maelium ... manu sua occidit; Catil. I, 3. quod (L. Saturninus) C. Memmium occidit; ib. IV, 4. si (L. Catilina) interficere (L. Murenam) posset, occideret; Muren. 83. (illi) occidunt non nullos; Sest. 75. male dic Titio Sabino, ... cur tam temere exclamarit occisum; ib. 76. si P. Sestius, qui pro occiso relictus est, occisus esset; ib. 81. ut (parricidae) ... Gracchum illum suum ... occidere cogitarint; ib. 82. qui (P. Sestius) ... a nefariis pestibus in deorum hominumque conspectu esset occisus; ib. 83. in qua (caede) P. Clodius occisus est ‖ esset ‖; Milo 12. in qua (caede) P. Clodius occisus esset; ib. 15. coepit ... aperte dicere occidendum Milonem; ib. 25. cum ... Milonem occisum ... audirent; ib. 29. non illud iam in iudicium venit, occisusne sit (P. Clodius), ... sed iure an iniuria; ib. 31. *quantum Clodii interfuerit* occidi Milonem; ib. 34. quem igitur cum omnium gratia (occidere) noluit, hunc voluit cum aliquorum querella? ib. 41. quem iure ... non est ausus, hunc iniuria ... non dubitavit occidere; ib. occisum esse a servis Milonis ... P. Clodium; ib. 57. quid quaeris? occideritne? occidit; ib. „occidi, occidi, non Sp. Maelium, ... non Ti. Gracchum, ... sed eum, cuius ..; ib. 72. Milone occiso habuisset suos consules; ib. 89. cur te lautum voluerit, cenatum noluerit occidere; Deiot. 20. quo beneficio (sum tuo usus)? quod me Brundisii non occideris? Phil. II, 5. eum tu occideres? ib. si (P. Clodius) tum occisus esset; ib. 21. omnes boni ... Caesarem occiderunt; ib. 29. quo .. tempore P. Clodium ... es conatus occidere; ib. 49. ibi me non occidisti; ib. 59. L. Domitium ... occideras; ib. 71. „occisi aliquot“; ib. VIII, 6. non .. magis Leptines Octavium nec Veientium rex eos, quos modo nominavi, quam Ser. Sulpicium occidit Antonius; ib. IX, 7. nisi forte iure Germanum Cimber occidit; ib. XI, 14. „qui Caesarem occiderant“; ib. XIII, 33. tu, tu, inquam, illum occidisti Lupercalibus; ib. 41. si quis Hispanorum aut Gallorum aut Threcum mille aut duo milia occidisset; ib. XIV, 12. dixerunt ... Pompulenum occisum esse; Fr. B. II, 5. occidit Saturninum Rabirius; ib. 6. C. Varenum occidendum ... et Salarium item occidendum curavit; ib. C. Varenus, qui a familia Anchariana occisus est; ib. 8. cum ipse sese conaretur occidere; ib. III, 1.

civis: quos (civis) Suessae, quos Brundisii occiderat; Phil. IV, 4.

4. **accus. c. infin.:** te et eos ... meliore mente nostra verba audire oportebit; Quinct. 4. cum aeris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam curari oporteret; ib. 15. quod virum bonum facere oportebat, id loquebatur Naevius; ib. 16. demonstrabant de re iudicium fieri oportere, ut uterque inter se aut neuter satis daret; ib. 30. dici vix potest quam multa sint quae respondeatis ante fieri oportere, quam ..; ib. 54. quo tempore existimas oportuisse .. absentem Quinctium defendi? ib. 60. fateor ... procuratorem decreto praetoris oportuisse parere; ib. 65. memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere; ib. 70. EOS ITA VIDETUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE; ib. 84. iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi; Sex. Rosc. 1. quod iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum oportere; ib. 28. quibus de rebus nos dicere oporteat ... intellegetis; ib. 34. de hisce omnibus rebus me dicere oportere intellego; ib. 35. quibus tandem tu || te || ... argumentis accusatorem censes uti oportere? ib. 38. quam (vitam) tu probro et crimini putas esse oportere; ib. 48. ut illud intellegas ... ignosci oportere ei homini, qui ..; ib. 51. te dicere atque enumerare causas omnis oportebat; ib. 53. quaestus te cupidum esse oportebat; ib. 55. ut horum existimationem et legem Remmiam putares aliquid valere oportere; ib. quod in minimis noxiis ... maxime et primum quaeritur ..., id Erucius in parricidio quaeri non putat oportere; ib. 62. propterea quod ... illum neglegere oporteat, qui ..; ib. 113. maiores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere; ib. 116. nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus ... a vobis ... non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere; ib. 122. meam orationem gratissimam esse oportet; ib. 142. nega ... iudici tuo credi oportere; Qu. Rosc. 43. ei negabit credi oportere; ib. 45. quos me incolumi nemini supplices esse oporteret; div. Caec. 8. haec duo in primis spectari oportere; ib. 10. utrum ... hoc dicis ... an ... sociorum voluntatem apud hos gravem esse non oportere? ib. 12. ecquid hanc rem apud vos animosque vestros valere oporteat; ib. 17. quis .. est qui neget oportere ... lege agi? ib. 19. qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium adferre oportere; ib. 25. cognosce ex me ... quam multa esse oporteat in eo, qui alterum accuset; ib. 27. accusatorem firmum verumque esse oportet; ib. 29. quod si ei potissimum censes permitti oportere accusandi potestatem; ib. 54. utrum tandem censes hos [iudices] gravius ferre oportere? ib. concedes multo hoc ... ab omnibus ferri gravius oportere; ib. neminem nostrum graviorem iudicem esse oportet quam te ipsum; ib. 58. ridiculum est putare causam necessitudinis ad inferendum periculum iustam videri oportere; ib. 59. hac una [in] re te mihi anteferri putas oportere; ib. 61. praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere; ib. hanc unam ob causam te [accusatorem] repudiari putarem oportere; ib. scientiam quid agatur ... omnium puto esse oportere; Verr. a. pr. 54. „causam ... cognosci oportet"; ib. I, 25. responsum tulerunt ... querimonias ... Romam deferri oportere; ib. 50. ignosci non oporteret; ib. 70. non oportere esse cuiquam ... hominis occidendi potestatem; ib. 72. ostendite aliquid his in vestra fide praesidii esse oportere; ib. non te ad senatum causam deferre ... oportuit? ib. 84. nihil de testamento illius novi iuris constitui oporteret; ib. 107. uti quemque potissimum heredem esse oporteret; ib. 114. nonne id quaeri oportet, utrum possessorem esse oporteat? ib. 116. hoc translaticium est; sequi illud oportet ..; ib. 117. docent non oportere se id iurare || adiurare || facturos esse; ib. 123. docebat edictum eius non oportere in eas hereditates valere; ib. 125. omnibus ... coheredem prae-

Digitized by Google

torem esse oportere; ib. 127. L. Habonio aedem Castoris tradi oportebat; ib. 132. negat (id) oportere exigi; ib. 134. cui prope dicam soli potestatem factam oportebat; ib. 142. cum diceres ignosci tibi oportere; ib. 157. cuius (decumae) mihi copiam quam largissimam factam oportebat; ib. 158. tamen vos ... sociorum querimonias audire oporteret; ib. II, 15. cum Siculos eorum legibus dari oporteret; ib. 31. id quod initio lege Rupilia fieri oportuerat; ib. 42. ex lege Rupilia sortiri dicas oportere; ib. ut ... Epicratem Bidinorum legibus heredem esse oporteret; ib. 53. qui sciret ita se in provincia rem augere oportere, ut ..; ib. 73. Sthenium condemnari non oporteret; ib. 98. hanc damnationem duci non oportere; ib. 100. cui ne commercium quidem esse oporteret; ib. 124. „num quid igidur oportet nisi tris sortes conici, unam educi?" ib. 127. quo mense sacerdotem maximum creari oporteat; ib. 128. quo die verbi causa esse oporteret Idus Ianuarias; ib. 129. ipsarum statuarum modum quendam esse oportere; ib. 143. certe ab invitis exigi non oportere; ib. nonne res ipsa vos admonet [ut putetis] modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? ib. 145. quem tibi inimicissimum esse oporteat; ib. 153. cum Centuripinorum ... civitas ... iudicarit C. Verris statuas esse in urbe sua non oportere; ib. 163. tamen illud dicendum putem, quem omnes oderint, eum his quoque odio esse oportere; ib. 166. potes igitur dicere nihil tibi obesse oportere ... Siculorum omnium testimonia? ib. 168. quos ei, qui severiora iudicia desiderant, arbitrantur res iudicare oportere; ib. 174. vos ex me causam non a me prolatam, sed ad me delatam audire oportere; ib. 179. atque haec postulabam non quo illum cogi putarem oportere, ut ad ea mihi responderet invitus; ib. 189. qui iure aequo omnis putat esse oportere; ib. III, 6. quantum decumanus edidisset aratorem sibi decumae dare oportere; ib. 25. quod decumanus edidisset sibi dari oportere; ib. 34. qua re putabas emptori lucrum addi oportere? ib. 71. medimnum .. ex iugero decumano dari oportebat; ib. 113. animum advertere .. in eum vos oportebat; ib. 127. si tibi aliquis ... dixisset Apronium dictitare te sibi esse socium, commoveri te oportuit; ib. 133. ex qua copia recuperatores reici oporteret; ib. 136. cui ego illum non putem placere oportere? ib. 155. etiam si inimicissimus isti esset, tamen eius testimonio credi oporteret; ib. 166. intellegit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere; ib. 172. quam (pecuniam) his oportuit civitatibus pro frumento dari; ib. 174. frumentum, in cellam quod sumi oporteret; ib. 188. hoc crimen in istum reum valere oportere non arbitror; ib. 194. „frumentum .. me abs te emere oportet"; ib. 196. cui singulos dari denarios a te oportuit; ib. 197. in quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere; ib. 210. a vobis ita arbitror spectari oportere, quanti haec ... aestimentur; ib. IV, 13. me tabulas tuas habere et proferre oportebat; ib. 36. id factum non oportuit; ib. 37. Apollinis signum ablatum certe non oportuit; ib. si iudex non esses ..., te potissimum hoc persequi, te petere, te agere oporteret; ib. 70. cuius (candelabri) fulgore conlucere ... templum oportebat; ib. 71. me non solum silere de vestris monumentis oportebit, sed etiam laetari ..; ib. 81. tamquam ita fieri non solum oporteret, sed etiam necesse esset; ib. 84. (clamabant) hominem .. perire innocentem non oportere; ib. 87. aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere; ib. 95. inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere; ib. 108. in eo qui violasset (religionem) sancire vos velle oporteret; ib. 114. eo minus mirari me oportere, si ..; ib. 139. cum quidam ex illius amicis commonerent (laudationem) oportere decerni; ib. 141. conclamant omnes et approbant ita fieri oportere; ib. 142. negare id mihi tradi oportere; ib. 149. ego legem recitare omnium mihi tabularum et litterarum fieri potestatem oportere; ib. quem ad modum manus ab alienis pecuniis abstinueris abs te doceri oportere; ib. V, 4. quid ... potes dicere, ... nisi id, quod ... quaeri oporteat? ib. 11. tamenne hanc rem sic agemus, ut crimini aut invidiae reo putemus esse oportere, si quo de homine severius iudicaverit? ib. 19. meo iure .. contendam, cum ... iuratorum iudicum sententiis damnari oportere; ib. non dicam ne illud quidem, ... in hominem ... tam graviter animadverti ... non oportuisse; ib. 20. qui in suis castris virtute putaret oportere, non genere certari; ib. 31. cum ex senatus consulto itemque ex lege Terentia et Cassia frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oporteret; ib. 52. exigere te oportuit navem; ib. 59. de quo (archipirata) supplicium sumi oportuit; ib. 64. quamquam (hominem) Syracusis ... maxime, si minus supplicio adfici, at custodiri oportebat; ib. 69. quam multos esse oporteret ... coniciebant; ib. 71. dicit ita fieri oportere; ib. 105. quod si fortunam [tibi] obici non oportet; ib. 132. non ego metum ex re militari, non severitatem imperii, non poenam flagitii tolli dico oportere; ib. 133. dico ... non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illorum mortis atque cruciatus; ib. 134. retineri .. putatis oportere iura libertatis; ib. 143. quid me oportet Tullium pro Tullio facere? Tull. 4. quod te aliquid censeam praeterire oportere; ib. 6. quod te .. censeam .. oportere .. non quam ornatissime et copiosissime dicere; ib. dicis oportere quaeri homines ... occisi essent necne; ib. 38. dicebas, potestatem tibi fieri oportere; ib. 39. nec ius et iniuriam quaeri nusquam putarunt oportere; ib. 42. si inimico testi credi non oportuit; Font. 26. quis est qui .. vim hominibus armatis factam relinqui putet oportere; Caecin. 9. quasi id aliter fieri oportuerit; ib. 17. in quo (fundo) ex conventu vim fieri oportebat; ib. 22. convocari homines ... non oportet; ib. 33. quem oportet restitui; ib. 35. per hoc interdictum eum (Caecinam) restitui oportuisse; ib. non .. vereor ne hoc dicas, ... te oportere restitui, Caecinam non oportere; ib. 38. statuetis homines possessionis cupidiores quam vitae esse oportere; ib. 47. L. Crassus ... probavit omnibus M. Curium ... heredem esse oportere; ib. 53. iuris consultorum auctoritati obtemperari non oportere; ib. 65. tum vociferantur ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere; ib. quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere; ib. 66. nec iuris consultis concedi nec ius civile in causis semper valere oportere; ib. 67. non hoc debent dicere, iuris consultis, sed hominibus stultis obtemperari non oportere; sin .. aliter dicunt iudicari oportere, male iudicari dicunt oportere; neque enim fieri potest, ut aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat; nec ut quisquam iuris numeretur peritus, qui id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari; ib. 68. iuris rem et sententiam et aequitatem plurimum valere oportere; ib. 77. cuius auctoritati dictum est ab illa causa concedi nimium non oportere; ib. si .. neque aequitatem rei verbi laqueo capi putas oportere; ib. 83. neque in hac re quaeri oportere, quibus verbis praetor interdixerit; ib. 85. neque in vi armatorum spectari oportere in quo loco sit facta vis; ib.

Digitized by Google

te .. nullo modo posse defendere, in qua re tu velis, verba spectari oportere, in qua re nolis, non oportere; ib. non .. eos (Gallos) in cuniculum ..., sed in Capitolium restitui oporteret; ib. 88. te in aedis tuas restitui oportere; ib. 89. si ego sim a tuis aedibus deiectus, restitui non oportere, si ipse sis, oportere; ib. 90. si oporteret quaeri possederit necne; ib. 91. si esset additum (CUM A. CAECINA POSSIDERET), de eo quaeri oporteret: additum non est, tamen oportebit? ib. 93. primum illud concedis, non quicquid populus iusserit, ratum esse oportere; ib. 96. cum ... statuerem .. nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria adferri oportere; imp. Pomp. 1. existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere; ib. 28. quorum ego auctoritatem apud vos ... plurimum valuisse et valere oportere confiteor; ib. 51. ad unum .. omnia deferri non oportere; ib. 52. non oportere mitti hominem privatum pro consule; ib. 62. quod pericula facile, ut hominem praestare oportet, innocentia tecti repellemus; ib. 70. ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam quantum ..; Cluent. 3. ut non quid dicatur a nobis, sed quid oporteat dici consideretis; ib. illud me non praeterit, ... in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere; ib. 17. facile intellego non modo reticere homines parentum iniurias sed etiam animo aequo ferre oportere; ib. cum in consilium iri oporteret; ib. 55. qui (homines) hoc statuerunt ‖ statuerent ‖, quo quisque animo quid faceret, spectari oportere; ib. 76. se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere; ib. si ita esset, hac lege (Iunium) accusatum oportuit, qua accusatur Habitus; ib. 90. quas (causas) omnino in iudicium adferri non oportuit; ib. 91. hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? ib. 92. cum iudicibus probaverint ... se ad praemia legis venire oportere; ib. 98. id quod nescio an dici oporteat; ib. 99. ut, si quid haberet a natura boni, prodesse ei putarent oportere; ib. 112. quod iudicium appellari non oportet; ib. 115. praetores urbani ... numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt; ib. 121. sortitione id ipsum factum esse oportuit; ib. 129. in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam non oportet; ib. quam ob rem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnis fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere; ib. 132. ut hominem confirmare oportet; ib. 143. ne ‖ ut ‖ (senator) ... se putaret durioribus legum condicionibus uti oportere ‖ non oportere ‖; ib. 150. putant ... minus multos sibi laqueos legum ... propositos esse oportere; ib. sibi ... aetatem integram restitui oportere, aut ... eam condicionem vitae ... manere; ib. 154. iudicem, quod ei videatur, statuere et non devinctum legibus esse oportere; ib. 160. arbitrabar ... esse aliquam oportere inter nos rei publicae bene administrandae societatem; leg. agr. II, 11. id ... eodem iure putas esse oportere? ib. 31. non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri; ib. 42. se moveri possessionibus, .. sedibus ac dis penatibus negant oportere; ib. 57. remissis manubiis, vectigalibus eius virtute partis se frui putat oportere; ib. 62. agros desertos a plebe atque a cultura hominum liberorum esse non oportere; ib. 84. hoc enim vos *in* errore ‖ in hoc enim vos errore ‖ versari diutius non oportet; ib. III, 16. qui vincla adhiberi putas oportere; Rabir. 11. qui castam contionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum ius libertatis defendo servari oportere; ib. idcircone oportuit C. Rabirium desciscere a re publica? non comparere in illa armata multitudine bonorum? consulum voci atque imperio non oboedire? ib. 23. ne his quidem, quos vides, consuli putas oportere? ib. 30. ad mortem te .. duci ... oportebat, in te conferri pestem ..; Catil. I, 3. quod iam pridem factum esse oportuit; ib. 5. quos ferro trucidari oportebat; ib. 9. interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio adfectum iam pridem oportebat; ib. II, 3. qualis esse omnis oportebat; ib. alter eos ... frui vita et hoc communi spiritu non putat oportere; ib. IV, 7. quo tandem me animo esse oportet? Muren. 4. ut ... nostros (fontes) etiam amicis putes clausos esse oportere; ib. 9. utrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret; ib. 27. minime timidum et valde calamitosum esse oportere eum, qui ..; ib. 50. integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere non oportere; ib. quem omnino vivum illinc exire non oportuerat; ib. 51. si (quis) existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere; ib. 60. negat iudicium hominum ... corrumpi voluptatibus oportere; ib. 74. num me rogari oportet abs te an te potius a me? ib. 76. quod ais nulla re adlici hominum mentis oportere ad magistratum mandandum; ib. exportari aurum non oportere ... senatus ... iudicavit; Flacc. 67. negavit a privato pecuniam in provincia praetorem petere oportere. cur tandem ... non oportet? [extorquere] accipere contra leges non oportet; petere non oportere numquam ostendes; ib. 86. cum ... omnes ... duos consules Kalendis Ianuariis scirent esse oportere; ib. 98. si .. ceteris patriciis me et vos peregrinos videri oporteret; Sulla 25. tanto scelere astrictis hominibus statuerunt nihil a se adiumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere; ib. 82. eo contentos vos esse oportebat; ib. 90. in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium delectationemque versari; sen. 14. quid nunc me facere oportet? ib. 36. puto suo quemque arbitratu timere oportere; dom. 8. quorum .. delicta ... non modo me, sed omnis bonos ferre oporteret; ib. 9. senatum aliquid consilii capere oportuit ‖ senatus — potuit ‖; ib. 11. quem annonam praestare oportere dicebant? nonne me? ib. 14. negat oportuisse quicquam uni extra ordinem decerni; ib. 18. omnia ... per senatum rescindi oportere; ib. 40. quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet; ib. 41. non oportere ut de me lex ferretur decerni; ib. 68. hoc tu ... iure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse oportere; ib. 80. tuum scelus meum probrum putas esse oportere; ib. 87. qui mihi tale populi iudicium non dignitati potius quam dedecori putaret esse oportere; ib. 88. at quae dea est? bonam esse oportet; ib. 110. quid fieri oporteret; ib. 115. id vos ... constituetis ratum esse oportere? ib. 120. postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; ib. 121. quod si ... ratum esse negas oportere; ib. 125. quem ad modum armatum civem ... non modo vinci, verum etiam vinciri ‖ vincere ‖ oporteret; har. resp. 6. qui ... ausus est dicere iusticium edici oportere; ib. 55. quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat; Sest. 7. rem publicam capessere hominem bene sanum non oportere; ib. 23. qua re me ... non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere; ib. 73. de eius virtute vivi quid vos loqui, quid sentire, quid cogitare, quid iudicare oporteat dubitandum putatis? ib. 81. quid oporteret a praestantibus viris ... fieri; ib. 86. utrum .. haec Aesopum potius pro me aut Accium dicere oportuit ... an principes civitatis? ib. 123. dixerisne nec tibi placuisse nec oportuisse Sestium de vi reum fieri? Vatin. 41.

Digitized by Google

num P. Sestium ... ea lege condemnari putes oportere? ib. equitis Romani .. esse filium criminis *in* loco poni ab accusatoribus neque his iudicantibus oportuit neque defendentibus nobis; Cael. 4. quonam me animo in eos esse oportet? prov. cons. 2. huic ferri auxilium non oportet? ib. 12. quem ... rei publicae consulere oporteret; ib. 30. nos ... perpetuae pacis habere oportere rationem; ib. nos .. oporteret ab eodem illa omnia ... confici velle; ib. 35. foederatos populos fieri fundos oportere; Balb. 20. etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere; ib. 31. ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi; si oportuit, melioribus auctoribus reservavi; Piso 4. sibi quemque consulere oportere; ib. 12. animo consulem esse oportet, consilio, fide; ib. 23. quid .. erat actum, ... de quo ad senatum ... scribi abs te oporteret? ib. 40. cum te aedilem fieri oportuisse dicis; Planc. 9. si ... oportebit eum ... condemnari; ib. 14. in parentum loco quaestoribus suis praetores esse oportere; ib. 28. clarorum virorum ... non minus otii quam negotii rationem exstare oportere; ib. 66. utrum .. me conturbare oportet, an ceteris ... nomen ... dissolvere? ib. 68. quasi vero me ... gratum esse oporteat; ib. 71. ut ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem; ib. 72. quo minus me apud vos valere oporteret; ib. 82. huic quae pro salute mea fecerit ... obesse .. non oportere; ib. 98. neque ego Sardorum querellis *dico* moveri nos numquam oportere; Scaur. 39. eos teneri legibus *eis* oportere; Rab. Post. 16. ei credi ... non oportet; ib. 36. quid vos in iudicando spectare oporteret; Milo 15. qua (lege) ... Milonem absolvi a vobis oporteret; ib. 70. quibus semel ignotum a te esse oportet; Deiot. 39. ut etiam aegrotos deferri oporteret; Phil. I, 11. irasci .. vos mihi ... non oportebit; ib. 27. me unum tristem esse oportebat? ib. II, 21. cur eum restitui oporteret; ib. 56. qui mihi non censeret parci oportere; ib. 59. caritate te et benevolentia civium saeptum oportet esse, non armis; ib. 112. tumultum decerni, iustitium edici, saga sumi dico oportere; ib. V, 31. progressum aetatis exspectari non oportere; ib. 47. ad hunc utrum legatos an legiones ire oportebat? ib. VI, 9. negat ei locum esse oportere in curia; ib. 10. inritatum Antonium non oportuit; ib. VII, 3. nullam sibi putavit excusationem esse oportere; ib. VIII, 5. hunc .. reditu ad Antonium prohiberi negabant oportere; ib. 32. quid decernere nos de M. Bruto, quid sentire oporteret; ib. X, 17. eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere; ib. XII, 25. eos numquam oportebit consilii sui paenitere; ib. XIV, 30. quae militibus ipsis tribui oporteret; ib. 38. cum id dicerem, quod idem iudices .. statuerunt, iudicium aequiore tempore fieri oportere; Fr. B. VI, 16. quam diligentes libertatis vos oporteat esse; ib. VII, 12. vgl. 2. dom. 105.

III. **mit Subject:** alqd: hoc ... si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam; Verr. I, 12. tu ... non ex eo, quod oportuerit, ... id, quod reprehenditur, recte factum esse defendes; ib. III, 205. cum .. remisisti quod non oportebat; ib. V, 59. tum id feci, quod oportuit; Tull. 5. si id, quod oportet, responderis; Muren. 28. qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse, ... quid oporteret ..; Sest. 86. quod gravius est, quam, si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset, est enim aliquid quod non oporteat, etiam si licet; quicquid vero non licet, certe non oportet; Balb. 8.

IV. **Lücke:** * oportuisse, an ita dissolvit, ut omnes alii dissolverunt? Font. 1.

oppeto, entgegengehen: mortem: eam (mortem) sapientes numquam inviti, fortes saepe etiam libenter oppetiverunt; Catil. IV, 7. si (mors .. oppetenda est, oppetatur cum gloria; Phil. XII, 30. ſ. **mors,** II, 1. oppeto (7 St.) S. 198, b.

oppidanus, kleinſtädtiſch: quod dicitur Atinae factum a iuventute vetere quodam in scenicos iure maximeque oppidano; Planc. 30.

oppidum, Stadt: I. **abſolut:** est: Aspendum vetus oppidum et nobile in Pamphylia scitis esse; Verr. I, 53. oppidum est in Hellesponto Lampsacum; ib. I, 63. Bidis oppidum est tenue sane, non longe a Syracusis; ib. II, 53. quod erant oppida mihi complura etiam reliqua, quae adire vellem; ib. 65. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia .., quod ab Aenea conditum esse demonstrant; ib. IV, 72. in qua (Melita) est eodem nomine oppidum, quo iste numquam accessit; ib. 103. scitote oppidum esse in Sicilia nullum ex eis oppidis, in quibus consistere praetores et conventum agere soleant, quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier esset; ib. V, 28. illud tibi oppidum receptaculum praedae fuit; ib. 59. ſ. II, 3. accedo in.

placet; placuit oppidum; Flacc. 72.

2. sum: ut (coloniae) esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur; leg. agr. II, 73.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adeo: ſ. I, 1. est; Verr. II, 65.

amitto: ea ... noster hic .. imperator amissorum oppidorum ... funesta indicia constituit; Piso 92.

ascisco: asciverunt sibi illud oppidum piratae primo commercio, deinde etiam societate; Verr. IV, 21.

capio: oppidum Himeram Karthaginienses quondam ceperant; Verr. II, 86. qui (Athenio] nullum oppidum cepit; ib. 136. hoc quondam oppidum ... a Karthaginiensibus vi captum atque deletum est; ib. IV, 72.

claudo: non .. portu illud oppidum clauditur; Verr. V, 96.

compilo: qui ... ostiatim totum oppidum compilaverit; Verr. IV, 53.

comples: multitudo .. quaeritur, qua illa omnia oppida compleantur; leg. agr. II, 86.

condo: ſ. I, 1. est; Verr. VI, 72.

curo: ſ. diripio.

decoro: qui oppidum non maximum maximis ex pecunia sua locis communibus monumentisque decoravit; Verr. II, 112.

deleo: ſ. capio; Verr. IV, 72.

deligo: delectum est oppidum, quo in oppido uno pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneretur; Flacc. 56.

devincio: cetera oppida praesidiis devincient; Fr. A. IV.

diripio: oppida pacata sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti; Verr. I, 56. ſ. opprimo.

eligo: oppidum sibi elegit Ariminum; Verr. I, 36.

habeo: qui habent oppidum opportuno loco, quo saepe adeundum sit navibus; Verr. IV, 21. ut (Sulla) ... oppidum in sua potestate posset per Pompeianos habere; Sulla 60.

impleo: lautissimum oppidum ..., Suessam, ... sanguine implevit; Phil. XIII, 18.

invenio: hoc adhuc oppidum Verres invenit prope solum in orbe terrarum, unde nihil ... posset auferre; Verr. II, 88.

Digitized by Google

opprimo: quod (oppidum) tum ... oppressum direptumque erat; Verr. I, 36.

paco: ſ. diripio.

relinquo: ut Thessalonicenses ... relinquere oppidum ... cogantur; prov. cons. 4.

reperio: non modo oppidum nullum, sed ne domus quidem ulla .. expers huius iniuriae reperietur; Verr. IV, 48.

spolio: spoliatum esse ... oppidum Samum; Verr. I. 52.

teneo: tria tenet oppida toto in orbe terrarum; Phil. X, 10.

trado: pueris illud ... et mulieribus oppidum scitote esse traditum; Cluent. 195.

vexo: ſ. diripio.

2. **Dativ:** despero: Thessalonicensis, cum oppido desperassent, munire arcem coëgerunt; Piso 84.

3. **Ablativ:** extermino: Dolopes finitimique montani oppidis atque agris exterminati; Piso 96.

4. **mit Präpoſitionen:** accedo in: ipse in oppidum noluit accedere, quod erat difficili ascensu atque arduo; Verr. IV, 51.

ascendo in: ascendit in oppidum Archagathus; Verr. IV, 51.

attingo ex: ut ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres; Verr. II, 113.

conloco in: cum illa maiorum ornamenta in eorum oppido conlocabantur; Verr. II, 86.

consisto in: numquam (hunc hominem) in oppido constitisse; Sex. Rosc. 74. ut ... Dolabella ... vix in oppido consisteret; Verr. I, 46. nullo in oppido consistendi potestas ei fuit; Cluent. 193. ſ. I, 1. est; Verr. V, 28.

convenio ex: ut non modo ex eis oppidis, qua (hostes) ducebantur, sed etiam ex finitimis visendi causa convenirent; Verr. V, 66.

deduco ex: in has lautumias, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur; Verr. V, 68. — in: IN OMNIA QUAE VELINT OPPIDA COLONOS UT X VIRI DEDUCANT; leg. agr. I, 20.

demigro ex: quos (hostis) tu ... ex oppidis Agrianum atque Dolopum demigrare ... coëgisti; Piso 91.

deporto ex: ut omne (argentum) statim ad mare ex oppido deportaretur; Verr. IV, 51.

dico de: ac primum de oppido dicam; leg. agr. II, 76.

excito ex: ut ... eadem voce senatus omnis ex omnibus agris atque oppidis civis ad unius salutem defendendam excitaret; sen. 24.

exeo ex: cum ... omnes ... ex oppido exissent; Scaur. 11.

exporto ex: furta praetoris, quae essent HS duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt; Verr. II, 185. quid (exportatum putetis) ex ceteris oppidis; ib. quod (signum) cum ex oppido exportaretur; ib. IV, 77. cum Diana exportaretur ex oppido; ib.

fero per: iste ... latus per oppidum est; Phil. II, 106.

iacceo in: senator populi Romani ... in vestro oppido iacuit et pernoctavit in publico; Verr. IV, 25.

introfero in: ut (Castricius) in oppidum introferretur; Flacc. 75.

pono in: ecquo in oppido pedem posuit, ubi ..? Verr. I, 62. ſ. 1. deligo.

proficiscor ex: statim ex illo oppido proficiscitur; Verr. IV, 85.

profugio in: quod ... in oppidum devium Beroeam profugisti; Piso 89.

regno in: Timarchidem fugitivum in omnibus oppidis per triennium scitote regnasse; Verr. II, 136.

relinquo in: nihil est ... quod .. in oppidis ... maiores nostri proprium nobis reliquerunt || reliquerint ||; leg. agr. 48.

sum in: nego in Sicilia tota, ... tot oppidis ... ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse; Verr. IV, 1. equestres sunt medio in foro Marcellorum statuae, sicut fere ceteris in oppidis Siciliae; ib. 86. quibus in oppidis erant domicilia regis; imp. Pomp. 21. quo in oppido maiores nostri nullam omnino rem publicam esse voluerunt; leg. agr. II, 87. quo in oppido ipse esset; prov. cons. 10. ſ. transfero in. I, 1. est; Verr. V, 28.

tollo ex: ut signa antiquissima ... ex oppido Thermitanorum ... tollerentur; Verr. II, 85. cum Thespiades ... ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret; ib. IV, 4.

transfero in: in id oppidum homines nefarii rem publicam vestram || nostram || transferre conantur, quo in oppido maiores nostri nullam omnino rem publicam esse voluerunt; leg. agr. II, 87.

venio ad: cum (Verres) ad aliquod oppidum venerat; Verr. V, 27.

venio in: quippe; qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret; Sex. Rosc. 52. simul atque in oppidum quodpiam venerat; Verr. IV, 47. Catinam cum venisset, oppidum locuples, honestum, copiosum; ib. 50. qui ut primum in illud oppidum venit; ib. 84. adulescens ... venit in oppidum Graecorum; Flacc. 18.

vivo in: quod cives Romani ... permulti in illo oppido ... vivunt ac negotiantur; Verr. IV, 93.

III. **nach Adjectiv und Adverb:** longe ab: ei sese Thermis conlocarant in eisdem agri finibus nec longe ab oppido antiquo; Verr. II, 86. ab eo oppido non longe in promunturio || promontorio || fanum est Iunonis antiquum; ib. IV, 103.

nullus ex: ſ. I, 1. est; Verr. V, 28.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** amissio: quid tandem erat actum aut gestum ... de quo ... scribi oporteret? ... an oppidorum turpis amissio? Piso 40.

bonitas: si quis ... oppidi bonitate delectatur || delectetur ||; leg. agr. II, 76.

celebritas: quae celebritas oppidorum! Quir. 4.

copia: oppidorum .. finitimorum illam copiam cum hac per risum ac iocum contendent; leg. agr. II, 96.

nomen: Himera in muliebrem figuram habitumque formata [ex oppidi nomine et fluminis,]; Verr. II, 87.

nundinae: cuius domi ... oppidorum ... flagitiosissimae (sunt) nundinae; Phil. II, 35.

oppugnatio: praetereo oppugnationes oppidorum; Muren. 33.

ornamenta: Verres ornamentorum fanorum atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas; Verr. IV, 126. signa et tabulas ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit; imp. Pomp. 40. qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum ... manus, oculos, animum cohibere possit; ib. 66.

ornatus: existimabat ea ... ad ornatum fanorum atque oppidorum esse facta; Verr. IV, 98.

pars: eorum (portuum) coniunctione pars oppidi, quae appellatur insula, ... ponte .. adiungitur et continetur; Verr. IV, 117.

praesidia: ut (vectigal) ... omnibus praesidiis oppidorum tegatur; leg. agr. II, 81.

simulacra: „quid (habent) simulacra oppidorum?“ Piso 60.

spoliationes: cum ... oppidorum fanorum-

Digitized by Google

que spoliationes cogitaret; Verr. II, 18. nullas (calamitates et iniurias) Graeci homines gravius ferunt ac tulerunt, quam huius modi spoliationes fanorum atque oppidorum; ib. IV, 132.

2. **mit Präpoſitionen:** alqs ex: ut .. levissimi quidam ex miserrimis desertissimisque oppidis invenirentur, qui ..; Verr. II, 14.

concursus ex: qui concursus ex oppidis finitimis undique? Flacc. 74.

consultum de: quos (colonos) T. Manlius praetor ex senatus consulto de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum; Verr. II, 123.

deductio in: in oppida militum crudelis et misera deductio; Phil. II, 62.

effusiones ex: quid (dicam) effusiones hominum ex oppidis ‖ ex sedibus ‖? Piso 51.

homines ex: quam (mimam) ex oppidis municipales homines honesti ... Volumniam consalutabant; Phil. II, 58.

itinera per: itinera quae ... per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerint recordamini; imp. Pomp. 38.

V. **Umſtand:** 1. abl. comp.: quid illis terris asperius, quid incultius oppidis ... inveniri potest? prov. cons. 29.

2. in: cum te in oppidis et civitatibus amicorum non legatum populi Romani, sed tyrannum ... praebueris; Verr. I, 82. quo in oppido multas familias totas in perpetuum infamis tuis stupris flagitiisque fecisti; ib. IV, 20. quem concursum in oppido factum putastis? ib. 52. ut civis Romanus ... in oppido foederatorum ... virgis caederetur; ib. V, 163. quos concursus in his oppidis (esse factos)? Cluent. 192. studia .. haec .. in Latio vehementius tum colebantur quam nunc eisdem in oppidis; Arch. 5. Smyrnaei ... delubrum eius (Homeri) in oppido dedicaverunt; ib. 19. quo in oppido cum tibi ... animos rumor inflasset; Piso 89. senatores ... Neapoli in celeberrimo oppido cum † maeciapella saepe videmus; Rab. Post. 26. ut in singulis oppidis curiam populi Romani non desideretis; Phil. VIII, 23.

infra: Archagathum et argentum ... ad mare infra oppidum exspectabat; Verr. IV, 51.

pro: nonne tibi .. erat ... caupona pro oppido? Piso 53.

oppignero, verpfänden: nihil † saneate libelli, pro vino etiam saepe oppignerabantur; Sest. 110.

oppilo, verſchließen: scalas: nisi ... ille eis (scalis) .. oppilatis impetum tuum compressisset; Phil. II, 21.

oppleo, erfüllen: quorum (consulum) mentes ... oppletae tenebris ac sordibus ... magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sustinere nec capere potuerunt; sen. 10.

oppono, entgegenſtellen, ausſetzen, einſetzen, geltend machen: I. alqm: itaque opponit qui petat Veneri Erycinae illam hereditatem; Verr. II, 22. (L. Murena) ad omne .. periculum atque ad omnem invidiam solus opponitur; Muren. 87. qui (civis) se pro patriae salute opponat invidiae; har. resp. 60. „habeo quem opponam labi ‖ labei ‖ illi atque caeno“; Sest. 20. qui se opponat periculis; Balb. 26.

alqd: his hoc opponitur: „deportatum habeas ante Kalendas Sextilis“; Verr. III, 37. QUOD CUIQUE OPUS EST, OPPONE: ib. 155. quid habes quod mihi opponas? Phil. II, 8. quid opponas tandem, si negem ..? ib. quid huius audaciae et sceleri poterat opponi? ib. V, 42.

Capuam: *ut* urbi Capuam ad certamen dignitatis opponeretis; leg. agr. II, 98.

coloniam: non praeponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur; leg. agr. I, 20.

consules: gladiatori illi ... consules imperatoresque vestros opponite; Catil. II, 24.

corpus: hanc ego vim, .. hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito ab omnium bonorum cervicibus depuli; dom 63.

dignitatem: ſ. nomen; Caecin. 55.

eloquentiam: non id agit, ut alicuius eloquentiam mihi opponat; Verr. a. pr. 15.

exercitum: quem (exercitum) furori M. Antonii opponeret; Phil. V, 43.

formidines: minae iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur; Quinct. 47.

fossam: ſ. imperium.

homines: iste ad omnis introitus ... armatos homines opponit; Caecin. 21. non .. te sum passus in fundum ingredi, sed armatos homines opposui; ib. 31.

imperatores: ſ. consules.

imperium: cuius ego imperium, non Alpium vallum ..., non Rheni fossam ..., Germanorum immanissimis gentibus obicio et oppono; Piso 81.

insidias: in eis ipsis includere insidiis, quas mihi conaris opponere; Caecin. 84.

nomen: cum eorum nominibus in statuarum inscriptione oppositis omnem te speraris invidiam atque infamiam tuam posse exstinguere; Verr. II, 168. cum decumani ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent; ib. III, 131. opponebant illi nomen interdum P. Africani; ib. IV, 75. ad omnis .. meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur; ib. V, 2. *tum* solent eius modi iniquitati aequi et boni nomen dignitatemque opponere; Caecin. 65. nolite mihi ista nomina civitatum nobilium opponere; Flacc. 58. rei publicae sanctissimum nomen opponebat; Ligar. 21. quae .. est ista ratio semper optimis causis veteranorum nomen opponere? Phil. X, 18.

partem: ſ. provinciam.

praesidium: si ulla in Sicilia praesidia ad illorum adventum opposita putarentur; Verr. V, 5. ut ... vitiis omnibus et sceleribus legis Cn. Pompei praesidium opponendum putaretis ‖ putetis ‖; leg. agr. II, 25. quae (praesidia) si opposita Miloni putarem; Milo 2.

propugnaculum: Narbo Martius, ... specula populi Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et obiectum; Font. 13.

provinciam: opponemus Asiae provinciae primum magnam partem eiusdem provinciae, quae ..; deinde provinciam Galliam, provinciam Ciliciam, provinciam Cretam; Flacc. 100.

scelus: ſ. nomen; Verr. III, 131.

terrorem: neque erit iusta causa ... imperatori, qua re suum terrorem falso iactari opponique patiatur; Sest. 52. numquam ... quisquam ... armati exercitus terrorem opponet togatis; ib.

tribunatum: tum iste ... tribunatum consiliis vestris opposuit; Phil. II, 51.

vallum: ſ. imperium.

vim: quod se suasque viris ... opposuit Antonio; Phil. V, 37. ſ. nomen; Verr. III, 131.

urbem: illam urbem huic urbi rursus opponere ... cogitant; leg. agr. I, 18.

II. **mit doppeltem Accuſativ:** eos, qui plurimum possent, opponi omnibus contionibus ... auctores ad perniciem meam; Sest. 42. vgl. I. propugnaculum.

opportune, bequem, günſtig: adsum: opportune adest homo summa fide et omni virtute praeditus, L. Plaetorius; Cluent. 165.

Digitized by Google

capio: locus opportuno captus ad eam rem; Sex. Rosc. 68.

opportunitas, günſtige Lage, Gelegenheit, Vortheil: I. consistit: neminem vestrum praeteribit, ... omnem utilitatem opportunitatemque provinciae Siciliae ... consistere in re frumentaria maxime; Verr. III, 11.

iuvat: in armis ... locorum opportunitas ... multum (iuvat); Marcell. 6.

ohne Verb: provinciarum religiosa sortitio, divina vero opportunitas; Phil. III, 24.

II. adiungo: cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur, ut ..; imp. Pomp. 50.

III. pars: quae pars operae aut opportunitatis in scriba est, cur ei non [modo] merces tanta detur? Verr. III, 183.

IV. propter: quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illa ... manu temptari suspicabamur; Sest. 9.

opportunus, bequem, günſtig, geeignet, paſſend: Capua: Capua ... opportunissimam se nobis praebuit et ad bellum instruendum et ad exercitus ornandos et tectis ac sedibus suis recipiendos; leg. agr. II, 90.

classes: classes optimae atque opportunissimae ... amissae et perditae; Verr. a. pr. 14.

locus: qui habent oppidum opportuno loco, quo saepe adeundum sit navibus; Verr. IV, 21.

opera: voluntarius amicus mulieris, ... magis opportuna opera non numquam quam aliquando fideli; Caecin. 14.

provincia: amissam esse populo Romano Siciliam, fructuosissimam atque opportunissimam provinciam; Verr. III, 226.

subsidium: cum Siciliam tam opportunum subsidium belli atque pacis ad rem publicam adiunxissent; Verr. III, 14.

urbs: quam potuit urbem augere .. opportuniorem ad res gerundas? Phil. III, 6. Albae constiterunt, in urbe opportuna; ib. IV, 6.

oppositus, Entgegenſtellung: omnes .. tibi ... laterum nostrorum oppositus et corporum pollicemur; Marcell. 32.

oppressio, Ueberrumpelung: hunc tu civem ... oppressione curiae ... domo et patria ... cedere curasti? dom. 5.

opprimo, erdrücken, unterdrücken, bewältigen, überfallen, überraſchen: I. abſolut: (P. Scandilius) institit, oppressit, non remisit; Verr. III, 135.

II. alqm: quo is facilius, quem velit, iniquo iudicio opprimere possit; Quinct. 7. opprimi me onere officii malo, quam ..; Sex. Rosc. 10. numquam ille me opprimet consilio; div. Caec. 44. his testibus et urbanis et provincialibus sic obrutus atque oppressus est, ut ..; Verr. I, 20. tauta ab isto iniquitate (Nympho) oppressus est, ut ... arationes relinqueret; ib. III, 53. Antonium ... in mediis iniuriis eius et cupiditatibus mors oppressit; ib. 213. quid te a Centuripina civitate ... circumveniri atque opprimi dicis? ib. IV, 17. quibus (decumarum imperiis) vexati oppressique erant; ib. 111. ne (Mamertini) subito a me opprimantur; ib. 150. adest Phylarchus Haluntinus, qui ... oppressus a praedonibus et captus est; ib. V, 122. ut M. Fonteio oppresso testimoniis eorum, quibus multa ... imperata sunt, segniores posthac ad imperandum ceteri sint; Font. 17. ceteri ... ab hoc ipso bello superati et oppressi; ib. 26. quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum; ib. 40. ipsa (mater) ... Larino huius (Cluentii) opprimendi causa Romam advolavit; Cluent. 18. est quisquam qui ... suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum et circumventum esse innocentem; ib. 30. qui (homines) Oppianicum, hominem pudentissimum, pecunia oppressum esse arbitrarentur; ib. 77. itaque (C. Iunius) oppressus est, non causa, sed tempore; ib. 91. quid est quod .. ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, ... hunc innocentem opprimere posse videatur? ib. 125. non est (Oppianicus) .. circumventus, non oppressus pecunia; ib. 127. vives ita, ut vivis, multis meis et firmis praesidiis oppressus || obsessus ||; Catil. I, 6. cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus; ib. 16. si (timor) est verus, ne opprimar; ib. 18. ut eius socios invidia oppressus persequi non possem; ib. II, 4. nemo ... oppressus aere alieno fuit quem (Catilina) non ad hoc ... foedus asciverit; ib. 8. L. Sulla P. Sulpicium oppressit; ib. III, 24. etiam si me vis aliqua oppresserit; ib. IV, 3. a quo (equo Troiano) numquam ... opprimemini; Muren. 78. tum se facilius inermem ac debilitatum te oppressuros arbitrantur; ib. 82. oppressus est C. Antonius; Flacc. 95. qui (duo) me ... praemiis .. nefariae pactionis ... oppressum ... voluerunt; har. resp. 3. quod ... hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis se oppressuros arbitrantur; Sest. 2. a quibus illi oppressi sunt; ib. 142. L. Lentulum ... eiusdem Vettii indicio opprimere voluisti; Vatin. 25. vobis invitis et oppressis; prov. cons. 3. quae (consilia) ad me opprimendum parabantur; Piso 11. utrum tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil umquam ausus sis scribere ...; ib. 39. alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitavit; Planc. 55. quae fuit ista tam ferox ... huius opprimendi fiducia? Scaur. 23. quibus (ruinis) hic oppressus est; Rab. Post. 2. qui (P. Rutilius Rufus) cum a Mithridate Mytilenis oppressus esset; ib. 27. quae tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? Milo 40. (Licinium Denticulam) vi oppressum et armis; Phil. II, 56. tantus .. te stupor oppressit vel ... tantus furor, ut ..? ib. 65. erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est; ib. VII. 14. cum ... is (Ser. Sulpicius) ... vi morbi oppressus vitam amiserit; ib. IX, 15. oppressus Trebonius, si ut ab eo, qui .. hostis esset, incautus; si ut ab eo, qui civis ... speciem haberet, miser; ib. XI, 5. oppressi ... si non spiritu, at virtutis laude vivemus; ib. XIII, 7. periculum est ne opprimamur; ib. 16. pulchre communibus utilitatibus consulemus, si quos oppressos, ut hostes cupiere, nos circumvenerimus; Fr. A. III, 19.

alqd: quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, ego magis eminet et apparet; Sex. Rosc. 121. nihil posse exsistere, quod non .. exstingui atque opprimi posset; leg. agr. II, 90. nihil ..., quod non vos oppressum atque ereptum teneretis; ib. 99. quae tu ... commemoras: CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO ... [quae verba, Quirites,] ... non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt; Rabir. 13. ut Catilinae profectione omnia ... oppressa ... esse videatis; Catil. I, 32. oppressisset omnia; Milo 89.

adulescentem: ne eadem mulier ... honestissimum adulescentem oppressisse videatur; Cael. 78.

Africam: testis est Africa, quae magnis oppressa hostium copiis eorum ipsorum sanguine redundavit; imp. Pomp. 30. Africa oppressa; Muren. 31.

animum: quis dubitet quin servorum animos

Digitized by Google

summa formidine oppresserit? Verr. V, 14. furor .. quidam ... istius effrenatum animum importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut ..; ib. 139. erigebat animum iam demissum et oppressum Oppianicus; Cluent. 58.

aras: quas (aras) ille ... substructionum insanis molibus oppresserat; Milo 85.

arma: quo (die) arma Saturnini *oppressa sunt*, etiam si e re publica oppressa sunt; Milo 14.

audaciam: confiderem totius testimonii fictam audaciam manifesto comprehensam atque oppressam teneri; Flacc. 38. oppressa virtute audacia est; Milo 30. unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antonii ... opprimere audaciam; Phil. VI, 18.

civis: quorum (civium) opprimendorum di immortales incredibilem rei publicae potestatem et fortunam dederunt; Phil. III, 36.

civitatem: ut (Catilina) ea copia ... se hanc civitatem oppressurum arbitraretur; Muren. 78. tu cum ... servitute oppressam civitatem teneres; dom. 131. civitatem tam gratam tam miseram atque oppressam fuisse; Sest. 131. nunc usque eo est oppressa adrogantia civitas, ut ..; Planc. 33. ne P. Clodius ... vi oppressam civitatem teneret; Milo 38.

classem: cum ... classis ... a praedonibus capta et oppressa est; imp. Pomp. 33.

coniurationem: grave esse videtur eum, qui investigarit coniurationem, ... qui oppresserit, ... dicere in iudicio ..; Sulla 85.

defensionem: in quo opprimitur et excluditur omnis tua defensio; Tull. 31.

domum: ex illa domo capta et oppressa; Verr. II, 46.

filium: quo facilius (mulier) ... opprimere filium possit; Cluent. 192.

Galliam: hoc praetore oppressam esse aere alieno Galliam; Font. 11.

hominem: ut mihi non unus homo improbus oppimendus sit, ... sed omnino || omnino omnis || improbitas ... exstinguenda atque delenda sit; div. Caec. 26. Q. Metellus ... opprimet hominem; Catil. II, 26. ut hominem ... vestris oppressum sententiis audiat; Balb. 64. ſ. alqm; Cluent. 77.

hospitem: hospiti oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est; Sex. Rosc. 27.

hostis: quod ... isti hostis ... oppressos reliquerunt; Catil. III, 27. quod hostes alienigenae .. oppressi serviunt; ib. IV, 22. deprehensis atque oppressis domesticis hostibus; Sest. 11.

humanitatem: ne humanitatem opprimendam ... putetis; Balb. 19.

ius: quod (ius civile) si ... oppressum erit; Caecin. 73.

Karthaginem: Karthagine oppressa; Muren.32.

latrocinium: di faxint ut meus conlega ... hoc Catilinae nefarium latrocinium armatus opprimat; Muren 84. Antonii nefarium latrocinium vestra ... concordia, felicitate et virtute exercituum ducumque vestrorum ... oppressum audietis; Phil. IV, 16.

legatum: „legatus ... bello oppressus ... iam est totus ... tuus"; Ligar 30.

leges: cum est in Syriam profectus, .. provinciam ... eis (legibus scriptis) .. oppressis suam ; Phil. XI, 28.

libertatem: causa fuit ... ista Tanagraea oppressa libertate Libertas; dom. 116. libertate populi Romani oppressa; ib. 130. quae (libertas) malis oppressa civilibus extollere iam caput ... debebat; Planc. 33.

locum: ſ. rostra.

malum: hoc ... malum non modo || non modo non || exsistit, verum etiam opprimit; Verr. I, 39. id (malum) opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest; Catil. IV, 6. omne malum nascens facile opprimitur; Phil. V, 31.

mentem: cum iam ceteris ex partibus oppressa mens esset; Cael. 59. quorum mens fuerit oppressa praemio; Piso 30. impedita et oppressa mens (est poena, supplicium); ib. 43.

mulierem: haec cum (mulier) agere instituisset, oppressa morbo est; Cluent. 22.

municipia: si oppressis municipiis ... in illam ultimam Galliam penetrare potuisset; Phil. V, 37.

nationem: excitandus Cn. Domitius et Q. Maximus, qui nationem Allobrogum et reliquias || nationis Allobrogum reliquias, nationem A. et reliquas || suis iterum armis conficiat atque opprimat; Font. 36.

naturam: ſ. animum; Verr. V, 139.

navem: ut multi ... praedones classibus eam navem se oppressuros minitarentur; Sest. 45.

oppidum: quod (oppidum) tum ... oppressum direptumque erat; Verr. I, 36.

pestis: ad has pestis opprimendas cur moleste feramus quod M. Bruti accessit exercitus? Phil. X, 23.

populum: in isto bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est; Sex. Rosc. 137. populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum populum Romanum ... opprimas? leg. agr. II, 74. utrum M. Antonio facultas detur ... populum Romanum servitute opprimendi; Phil. V, 6.

potentiam: intolerandam potentiam primo quoque tempore exstinguere atque opprimere debetis; Sex. Rosc. 36.

proditores: hoc animo semper omnes fuimus in patriae proditoribus opprimendis; Milo 82.

reliquias: ſ. nationem.

rem publicam: [ut omnem rem publicam vestris militibus, [vestris urbibus,] vestris praesidiis cingeretis atque oppressam teneretis]; leg. agr. II, 99. nec vereor ne res publica ... ab istis vinci aut opprimi possit; ib. 101. ad quam (rem publicam) opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt; Flacc. 61. quibus (temporibus) paene oppressa est res publica; Sulla 82. ea, quae furore improborum in re publica ab aliis oppressa, ab aliis deserta ... gesta sunt; dom. 2. oppressa captaque re publica; ib. 26. cum tu ... oppressam taeterrimo latrocinio ... rem publicam teneres; ib. 122. cum rem publicam a facinorosissimis sicariis et a servis esse oppressam ... videretis; Sest. 81. quae fieri nisi armis oppressa re publica nullo modo poterant; ib. 84. si res publica vi consensuque audacium armis oppressa teneretur; ib. 86. utrum M. Antonio facultas detur opprimendae rei publicae; Phil. V, 6. qui ... ad opprimendam rem publicam Brundisio legiones arcessierit; ib. VI, 3. videbat re publica oppressa nihil posse decerni; ib. VIII, 5. si ... rem publicam oppressisset Antonius; ib. XII, 14. nonne oppressam rem publicam? ib. 15.

reum: dicere, opprimi reum, de quo nihil dicat accusator; Verr. I, 24.

regem: quem (regem) L. Murena ... non oppressum reliquit; Muren. 32.

rostra: qui (Quinctius) quod rostra iam diu vacua locumque illum post adventum L. Sullae a tribunicia voce desertum oppresserat ..; Cluent. 110.

sacella: a Sex. Serrano sanctissima sacella ... oppressa ... esse nescimus? har. resp. 32.

senatum: senatu .. oppresso et adflicto; sen. 18. Marius ... oppresso senatu est restitutus; Quir. 10. oppresso senatu; dom. 102. ut esset indicium oppressi senatus; ib. 112. numquam

Digitized by Google

.. erit tam oppressus senatus, ut ..; Sest. 52. cum ... invito atque oppresso senatu ... provincia tibi ista manupretium fuerit ..; Piso 57.

socerum: huic (socero) subvenire volt succumbenti iam et oppresso ‖ ex oppresso, ex presso, et presso ‖; leg. agr. II, 69.

